


14
2-1
1 M.
6
10 M
27


I-1






MARCIANTONII COCCII SABELLICI EXEMPLORVM LIBRI DECEM, ORDINE, ELEGANTIA, ET VTILITATE PRAESTANTISSIMI.

Stefani de Vite

AD CHRISTIANAE PIETATIS AVGMENTVM ET DECVS.










G. B. C.

Dum fuerat rerum tibi Roma suprema potestas,
Pareretq; Aquilis terra, fretumq; tuis.
Eloquij antistes Marcus, princepsq; latini
Floruit, & linguæ lumen, honosq; fuit.
Dum Veneti regnant terraq; mariq; suisq;
Romanum exæquant legibus imperium,
Eloquij antistes Marcus, princepsq; latini
Floruit, & linguæ lumen, honosq; fuit.
Culta fuit, Marcisq; adeo par lingua duobus
Non facile ut dicas, hic ne uel ille prior.
At quo posteritas dignoscat scripta duorum,
Tullius hic fuerat, Coccius ille fuit.



Beatus Rhenanus, Ioanni Francisco Apezonibus Mirandulano. S.

MAgno dei opt. max. munere fieri arbitror, elegātissime uir, ut cōplusculi hac tempestate ubiq; fere nationū, sapientiā, ac pietatē cum eloquentia coniungant, q̄d apud Italos illustris princeps tuus Io. Franciscus Picus, Baptista Mantuanus, Zenobius Acciolus, apud Gallos Iacobus Faber Stapulensis p̄ceptor meus, Iodocus Clichtoueus, Bouillus, & Fortunatus hoc æui faciunt. Fecit & illud Sabellicus Coccius uir impense doctus, qui ex utroq; instrumento, & ueterū historijs, flosculos quosdā spirantissimos excerpsit, exempla inq; in omī re memoratu, imitatuq; digna. atq; ita pulchre digessit, prophanis sacra anteponens, & fabulosis uera, ut cum Basilius (qui ob uitę sanctimoniam magni cognomentū adeptus est) eiusmodi exempla ab historicis esse petenda, puerisq; proponenda asserat, quæ ad uirtutem eos alliciant, omni ex parte ediscendus sit. Hic certe nihil, quod teneras, & castas aures offendere possit facile cōperias, nihil q̄d ad uitia persuadeat, aut a ueræ religionis cultu quēq; auocet. Etenim cum deridicula, & delirio proxima uanæ uetustatis superstitione mentio incidit, statim boni doctoris more, quod falsum est, ac prophanum confutat, & explodit, lectorē subinde admonens, ne gentilium fabulamentis scelestisq; ritibus nimium adhæreat. Ad pietatem autem, castitatem, fortitudinem, prouidentiam, modestiā, quasi quibusdā facibus p Christiana exēpla legentiū animos accēdit, q̄ (ita me deus amet) ad persuadendum sunt maioris ponderis. Nam gentiles præter simulachrum, & imaginem uirtutis nil habuere. at nostri uirtutem uerā, ac solidam minime fucatā, nullo non tēpore tenuerunt. Neq; uiros modo huiusce perfectionis sortiti sumus sed & fœminas (uarias alioqui & mutabiles) quæ ualidissimo fortitudinis robore septæ, nullis unq; tormentis, nullis unq; aduersis infringi potuerunt, instar lapidis adamantini perstantes. Q; si tam cordatas mulierculas secula illa prisca tulissent, profecto in earum laudibus celebrādis, summa certatim laborassent ingenia. Proferant iam nobis gentilium admiratores in perferenda iniuria constantem Socratem, illi nos statim sexcentos e nostris opponemus, non modo se pulsantibus nō maledicta rependentes, sed noxam omnem prorsus remittētes, & pro illis deum Christiana ductos pietate deprecantes. neq; id in reliquis uirtutibus factu difficile erit. adeo nostri ubiq; q̄ illi fuere consumatiores. At sunt quidā præpostera aue editi, quibus nostratia semper obolent. hij si forte in agiographā historiam inciderint, de ea ut de Nilo canes, bibunt, & fugiunt. ita frigidiuscule diuina amant, quæ tamen uel maxime amare oportet. sed uideant, quæ eos tandem ultrix pœna maneat. Vellem ego hanc Nazianzeni sententiam sequerentur ita hortantis.

κηρῷ ὦτα τὰ φράσσε πρὸς φαύλους λόγους,
ᾠδῶν τε τερπνῶν ἐκμελῆ λιγυσμάτων.
τοῖς δ᾽ ἂν καλοῖς τε, κἀγαθοῖς, ἀεὶ δίδου
εἰπεῖν, ἀκοῦσαι, καὶ δράσαι μικρὸν μέσον.

Non igit̄ ab re Petrus Bariona cū Clemente disputans, noxiā esse inquit gentilium sapientiā teneris adolescentiū mentibus imprudēter, & incaute traditā, neq; semel infixā facile euelli posse. q̄d & tuus princeps Io. Franciscus Picus in hymnis

suis non uno loco admonuit. Cæterũ ut e semita in uiã regrediar, ob nostratiũ, & ethnicorũ ad bene uiuendũ exempla tam crebra, tãq̃ belle digesta, ausim ego postremo affirmare inter libros, quos Sabellicus condidit non parum multos, nullũ extare q̃ huic & elegantia, & utilitate p̃stet. stilo usus est non affectato (ceu multi) sed terso, facili, & presso. Quare hũc sibi adolescentes familiarem faciant, hunc legant, hunc diu, noctuq̃ uersent. Sciant eñ si sapientiã consequi uelint, nõ minus esse ꝓ animi cultu ac corporis cõseruatione (ut Xistus pythagoricus tradit) elaborandũ, atq̃ eam pulchritudinẽ uerã esse, q̃ animi est, ut his uersiculis grçce p̃cipit.

κάλλοσ νόμιζε τὴν φρενῶν εὐκοσμίαν,
οὐχ ἣν γράφουσι χεῖρεσ, ἣ λύει χρόνοσ.
ὅτῳ δ᾽ ὅπερ νοῦ σώφρονοσ γνωρίζεται.
αἶσχοσ δ᾽ ὁμοίωσ τῇ φρενῶν ἀκοσμίᾳ.

Quod nuperrime extemporario carmine ad Rudalfingum sic παραφραστικῶσ expressi.

Ingenij cultum, formam tu crede uenustam,
Non quæ picta manu est, aut breuis hora rapit,
Sed quam scit prudens oculo agnouisse sagaci.
Turpe id quod mentes inquinat esse puta.

Sed de his hactenus. Tu clarissime uir cum a seuerioribus studijs, & publicis muneribus paulisper fueris feriatus, Sabellicum lege, in quo multa cognitu iocunda, & digna compendiaria relatione offendes. Quod ad me attinet, operam dabo, ut cœptis studijs (quemadmodum proximis me literis inhortatus es) fastigium fœlici progressu imponam. Bene uale, & illustri Mirandulæ domino, Ioanni Frãcisco Pico me etiã atq̃ etiam cõmendato, & mutuiter ama, qui totus sum tui nominis. Iterum Vale, & salue. Helueti, Pridie Calend. Ianuar. An. M.D.VIII.

Domicus Palladius Soranus, suo
Io. Baptistæ Egnatio
Veneto.

Extollant alij Parijs erecta columnis
Templa deum, & miris pegmata ducta modis.
Et iactet quantumcq̃ potest mea Roma Colossos.
Et quod prærupta mole paratur opus.
Nec sileant alij uarijs simulachra figuris,
Quicquid Apellea pinxit in arte labor.
Exornent tumulos alij titulisq̃ uenustent,
Hic aurum, hic gemmas congerat, alter opes.
Cuncta hæc, longa dies carpit, tollitq̃ uetustas.
Non quæ uera animi sunt monumenta, rapit.
Tu quare Egnati fœlix, fœlicia quorum
Nomina nulla ætas, nec teget ulla dies.

Ioannes Baptista Egnatius Venetus, Leonardo Lauretano Serenissimo Venetiarum Principi. S. P D.

MAxime uellē Princeps serenissime dij immortales fecissent, ut Sabellico tantū adhuc uitæ supfuisset uel otij, quantū supmę huic instituti operis emēdationi dare potuisset, dignus em̄ uir ille fuit, q lucis hac usura longiore tantisper frueret, dum partū hunc exemplo℞ suū ultima illi fœtura natū in lucem ederet. quod nō modo nō assecutus est uir de uniuersa mortalitate, & pręcipue de rep. uestra scribēdo optime meritus. Sed quasi in ipso enixu (quo animi mœrore non facile dixerim) fatis naturæq̃ cōcessit. Et sane haud scio, qua fuit Sabellicus ad perferendā aduersam ualitudinē constantia, plus ne ex affecto corpore doleret, an pro patrio affectu, obuersantē animo libro℞ orbitatē molestius ferret? Si em̄ feras ipsas catulo℞ cura sic sæpe armat, ut pro eo℞ salute tuenda negligant suā, multo certe similius uero fuerit hoc de hoīe credere. quod anial sagax, & prouidū diuinitatisq̃ particeps maiore pietate eos colat necesse est, quos cœlo ortos, cœlo quoq̃ deberi nō dubitet. Q̃ si parentes de liberū incolumitate suorum usq̃ adeo soliciti sunt, ut uitam sæpe horum causa profundant, quos mortales a se genitos nō nesciunt, quantū (quęso) Sabellico immatura mors doloris afferebat, qui se una cum libris ad immortalitatis spem conscriptis, mortalem horæ momento fore uerebat? Nihil æque omnes Leonarde princeps optime debemus optare q̃ nominis imortalitatē. nihil est in quo maio℞ nostro℞ conatus omnis, & uires acrius incubuerint. nihil in quo mortalitas oīs magis anxie laboret, nulla deniq̃ fax ad inflāmandos ad uirtutem hominum animos sperata hac æternitate aptior. ut nihil mirum Sabellicū tam uehementer interitu imperfecti a se partus doluisse, quo sibi conscius erat, nihil a se aut maiore studio, aut acriore cura, aut deniq̃ fœliciore successu conscriptum. Multum ille certe studij cum in alijs, tum in his ipsis Enneadibus, quæ ab inclinatione imperij Romani ad tuum usq̃ fœlicissimū principatum deductæ sunt, adhibuit. Verum hoc in opere nescio quo pacto elaboratum ab eo multo plus est, uel q̃ extremū hunc fœtū, ut parētes liberos, q̄s affecta ætate gignunt, impensius diligeret, uel q̃ altera hac nuncupatione se se tibi probare, & quasi ostētare uellet. uel q̃ pro sua in Christianam religionem pietate in alijs multo maximā partē prophana sibi uendicassent. in hoc præter multo℞ opinionē elegāter & breuiter sacra ueluti in illustri posita monumēto legi possent. Ad hæc ita quoq̃ natura cōparatū ferme esse solet, ut extrema quæq̃, q̄ scribas nec emendes, longe optima nobis uideantur, tanq̃ natura mortis præmaturæ damnū pensare nostra aliqua maiore laude cupiat. Alioqui & cygni suauissime tum canere credūtur, cum fatum his imminet. Verum utcumq̃ sit, ita certe Sabellicus de his decem exemplorum libris sentiebat, quantum ad hanc ætatē aut legendo aut scribendo profecerat, quantum studio, cura, ingenio, elegantia ualuerat, in his esse id om̄e congestū, unde posteritati se se p̄cipue cōmendatissimū faceret uniuersę, nec ille opiniōe falsus est sua. Merent em̄ hi libri, q̄s pro materia, & breuitate Christiani noīs hoīes ediscāt, nō modo in manibus quotidie habeant. Ne si turpe uideri solet ciuē in patria sua pegrinari, nobis quoq̃ indeco℞ iā sit religiōis nr̄ę initia nescisse, aut q nam illā mortaliū siue diuū (hoc em̄ tā uere, q̃ pie libētius credā) tradi

derint,qua deniq; indole ab exiguis res cœpta initijs,& magnis calamitatib9 pressa,ad hoc fastigij peruenerit,cum p̃sertim orationis ornatu, quod desyderare antea quidã uidebant,illustrata hæc omnia sint.Hos igitur decem exemplorum libros quibus sacrã omnẽ historiã,& ex magna parte prophanã mira breuitate,& cādore complexus est,quando ita Sabellicus moriens a me contendit,emendatos pro uirili,& tuis auspicijs editos leges.delectabit te multũ(scio) deditissimi tibi Sabellici lectio,non solum quia hic similis sui.i.eandem, quam in alijs omnibus uerborum elegantiã afferat,sed q᷑ nostratia,quæ multi parum æqui sacris literis eleganter tradi posse negabant,elegantissima conscripta cernes.Cæterũ & ordo ipse inuitare quemcũq; uel alienissimum ab his potest. id eñ uniuerso seruatũ est ope,ut prophanis præirent sacra.Quæ cum alijs bonis oĩbus, tum uero tibi principi summæ in deum pietatis,summæ religiõis debent esse,uel ob id longe gratiora,q᷑ amplissima tibi quæq;,hac tua in rep. augustissima,ante annos data sunt cumulatissime.uix enim ut alias dignitates omiserim nõ solum incredibili omnium studio in te collatas,uerum summa prudentia,innocẽtia,integritate administratas, uix in q̃ tot retro ætatibus ex quo procuratoria cœpit suprema ab hac, quam nunc & auges & illustras dignitas,unum aut alterum recordamur,qui cum quinquagesimũ quintũ ætatis annũ ageret,dignitatem sit eam adeptus,ut ea ætas,quæ alijs gradũ ad honores struere solet,supremã in te urbis tuæ dignitatẽ collocatã uiderit.Neq; uero non cum primum occasio data est,in demortui principis locũ suffectus summæ reip.præsidere iussus es,tanto optimatium studio,tanto omniũ ordinũ assensu,tanto populi plausu,ut maturatã, & memorabilem patrum prærogatiuam secuti omnes incredibilia gaudij,& uoluptatis ediderint argumenta.fuere hæc oĩa, quod euentus postea docuit,futuri optimi principatus tui omina. Nam cũ Christianæ res parum ubiq; lætæ essent, Veneta uero in primis resp. Turcarum bellis obnoxia,& infesta intestinis interim Italiæ bellis quateretur,adeo nostros desperatio animos inuaserat,ut uix ope humana fieri posse uideretur,ut res, quæ pene naufragio proxima erat,tranquillitati redderetur antiquæ.Augebat hanc animorum consternationẽ res maritima parũ fœliciter administrata, cũ diuina ꝓuidentia tu unus eadẽ,qua in Augustale itũ est a patribus hora, gubernaculo summæ reip.admotus es,hic uero repente mutata oĩa in melius.Neq; eñ solũ in suo uestigio res inoffensa tibi stetit,sed adeo aucta est,ut breui clarissima Italiæ oppida Veneto nomini sint addita,pax cum oĩbus inita. sedataq; tua uirtute cuncta, ut securus ad domesticã ciuitatis tranquillitatẽ restituendã conuersus uotis etiã ampliora nostris p̃stiteris.uetere ciuitatis quiete primũ reddita,religiõe deinde in meliorem statum emendata,æquata iudiciorum forma,forensi licentia cohibita, facinorosis demũ hominibus non paucis oppressis.quibus oĩbus effecisti, ut quæ semp de clarissima Lauretana familia tua hoĩm nostræ ciuitatis expectatio,& spes in difficillimis reip.temporibus fuit,oĩs illa tuo hoc fœlicissimo, & augustissimo principatu primum tibi hac in familia de mandato nescio fato an potius cœli prouidentia confirmata,& amplius aucta sit,ut nulla tam grauis tempestas unq; Venetæ ciuitati possit imminere,quam uestro præsidio,& uirtute discussuram se se non speret. Vale.& Sabellici uitam paulopost edendam Petro Georgio Chalcedonio authore contubernali meo probissimo fœlix expecta.

INDEX CAPITVM TOTIVS OPERIS.

EX PRIMO LIBRO CAPITA.

EX SECVNDO VOLVMINE CAPITA.

EX TERTIO VOLVMINE CAPITA.

EX QVARTO VOLVMINE CAPITA.

EX QVINTO VOLVMINE CAPITA.

EX SEXTO VOLVMINE CAPITA.

EX SEPTIMO VOLVMINE CAPITA.


EX OCTAVO VOLVMINE CAPITA.

EX NONO VOLVMINE CAPITA.

EX VOLVMINE DECIMO CAPITA.

Indicis capitum, quæ decem Exemplorum libri contineant.

FINIS.



MARCI ANTONII COCCII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER PRIMVS.

DE INSIGNI ORTV. CAPVT PRIMVM

DE CHRISTO DEI FILIO

VIrginis puerperiũ, vt a sacratissimo Christi ortu auspicatius ordiar, Propheticum carmen, Sibyllinæ voces, Ethnica oracula, tam manifesto prædixerunt euentu, vt in nouo & incredibili pene mysterio, cuius ne humana quidem mens sit capax, nihil sit eorum, quæ fide continentur, cui libentius accedat humana pietas.

De Mose.

QVid Moses mortaliũ oĩm cœlo familiarissimus? Nonne eius salutaris ortus dubiũ oraculo an Mẽphitici alicuius vatis diuinatione Pharaoni prędictus, multo priusq̃ puer nasceret̃, & Regem solicitũ habuit, & Amarim patrem in spem certã erexit publicæ salutis? Enimuero per quietẽ monitus is, talẽ ex se filiũ nasciturũ, præcepit animo, qualis postea ille fuit in suorũ libertate vindicanda.

De Ioanne Baptista

NEc intempestiuus matris vterus, nõ faustũ Io. Zachariæ filij, salutaremq; terris despondit ortũ. Nihil deus non mirifice & vtiliter operat̃. Mulier, quę dũ per ætatem mater fieri potuit, sterilis fuerat, iam grandis natu & decrepita pręgnans facta est. Cæterũ q̃ magnus futurus esset partus, ipse puer, cũ in materno adhuc clausus esset vtero, declarauit, q prius ꝓpheta extitit, q̃ in lucem ederet̃.

De Dominico Calagoritano.

CAlagoritani Dominici ignea vis illa, arcano lumine accensa, & ipsa nõ nihil antea præuisa est, cuius mater pręgnans, magno mentis præsagio ꝑ quietem vidisse fertur, parere se catulũ, incensam facem ore circumferentem, quo omnes incendio terræ cõflagrarent. nec defuit nocturno viso euentus, orta est ex illo ingẽs familia, quæ diuina prædicatione, terrarũ partem multo maximã inflammauit.

De Nicolao Tollentinate

CEnsenda est in hac relatione Nicolai Tollentinatis genesis, cuius sanctitas anteq̃ conciperetur, & oraculo, & nocturno visu est parentibus repræsentata. Hi de futura sobole oraculo quodam instructi, voti causa Bariũ profecti sunt. vbi cum ad diui (qui religiose illic colit̃) conditorium venerabundi diutius iacuissent, casu an potius prouidentia dubiũ, somno succubuere. Hic inopinato monitu instructi, pręceptã multo ante spem prolis augẽt, auctã votis & solẽni ꝓcatione sibi ratam despondent. neq; preces incassum missæ, omnia maiora sanctioraq; secuta, q̃ mens hominũ sperare ausa esset, vt ex non sanctis sanctus nasceret̃.

De Pio pontifice maximo.

ADijciat̃ his recens exemplũ. Senis Hetruscis matrona nobilis, cui Victoriæ fuit nomen, cũ proxima esset partui, in somnis sibi visa est, puerum se parere mitrã capite gestantem. Fuitq; id præsagiũ humanæ mẽtis verius q̃ somnium. infantem enixa est, quẽ pontificẽ maximũ Pij secundi appellatione nr̃a vidit ętas.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

IVngenda sunt ꝓphana sacris, nõ quia eiusmodi sint, vt cũ illis recte conferri possint, aut in eadẽ parte operis locari debeant. Nemo nisi demens terrena hæc cœlestibus, humana diuinis comparat. Verũ quia & illi quorũ meminimus, tã & si in cœlũ recepti hoies fuere, non absurdũ sit (vt arbitror) ea, quæ hoim sunt, & si diuersa illis non solũ tempore, sed pſtantia subtexere, qd ꝙd ipsa variatio gratiã fortassis aliquã afferet huic relationi, vt in lautioribus cœnis, nihil æque ac saporũ varietas delectat. Nec vllus suauior est cõcentus, ꝙ qui ex diuersarũ vocũ concordia cõstat tanꝙ igit̃ fas bonũq; sit id facere, tuebor consilium, pergãq; deinceps non externa Romanis iungere, ꝙd recte fecisse videri potest Valerius, q suorũ tempoꝝ rationem habuit, sed prophana sacris, quorum gratia potissimũ labor hic susceptus est.

De Romulo.

NVnc quis hoim ex Ethnicis aut maior fuit aut augustior Romulo, qui vrbẽ cõdidit oim quæ vnꝙ in terris fuerũt pręstantissimã: huius mater Rhea Ilia, siue dæmonis cuiusdã vt ipsa videri voluit, siue hois cõpressu grauis, se geminos cõcepisse affirmare ausa est. quę res quia euentus non defuit, plus illi in discrimen capitis adductæ profuit, aut certe ꝓdesse debuit ad salutẽ, ꝙ cærimoniæ sanctitas, quæ læsa Vestalem degrauabat, aut regiũ stemma in quo accusatorem inuenit.

De Alexandro Magno.

VT religiosus draconis dissimulet̃ accubitus, qui Philippũ Macedonũ regem ab Olympiadis coniugis congressu perpetuo absterruit. Illud certe quod ad Alexandri conceptũ pertinet magno præsagio fuit, quod idem rex in somnis visus est sibi signũ Olympiadis vtero iprimere, in quo expressa esset Leonis forma, ꝑ quę Aristander vates cõiectura haud inepta, affirmare est ausus Olympiadẽ cõcepisse, quoniã quę vacua essent impressionẽ non reciperẽt. Nec Alexãder nocturnã illã, quæ patri obuersata est fefellit imaginẽ, qui tantũ pugnandi ferocia cęteros mortales antecelluit, quantũ feras omnes Libycus Leo fortitudine præstat.

De Octauio Augusto.

PEnsat̃ in Augusto principe maiestas Romani imperij, quæ quo maior fuit, eo plura maioraq; præsagia futuram vnius potentiam portenderunt. Nam vt Veliterni dissimulent̃ muri ante eius ortũ prodigiose e cœlo tacti, & quod oraculo quodã senatus exterritus, haud multũ abfuit, quin omnes qui eo anno nascerentur extingui iusserit, nec reputet̃ in hac parte nocturnus ille serpens solenni sacro Actiæ matri allapsus. Certe duplex somnij species parentibus per quietẽ oblata, magnitudinẽ futuri partus facile portendit. mater priusꝙ pareret cernere sibi visa est sublimiter sua ferri itestina, explicariq; ꝑ oẽm terraꝝ & cœli ambitũ. Octauius pater iubar solis ex vtero coniugis ortum, se per quietem videre imaginatus est.

De Tiberio Cæsare.

TIberij Cæsaris, qui huic successit futurã magnitudinem, Liuia mater anteꝙ nasceret̃ ostento, & vatũ prædictione cognouit, prægnans hæc cũ varijs captaret ominibus, marem esset an fœminã ędítura, ouum gallinæ incubanti subductũ, nunc sua, nũc ancillę manu tam diu fouit, donec pullus sit inde exclusus insigniter cristatus, quo inspecto, Scribonius mathematicus regnaturũ infantem spopondit verum sine diademate, ignota scilicet adhuc Cæsarum potestate.

De Achille Pelei filio.

VEndicet & vetustas illa fabulosa sibi locũ inter seria. quæ & si poetarũ figmentis magna sui parte tegit̃, prodest tñ exemplo & eruditione. nec ẽm (vt credere est) fabulari tantũ voluit, sed aliquid etiã docere, cũ Thetidis ꝓgeniẽ dixit a Ioue formidatam, quia futurũ vereri poterat, vt is fortior esset patre, qui ex ea nasceret̃.

De Paride Priami filio.

FVit & fax illa Asiæ & Europæ infausta, Troiæ vero exitialis, quam Hecube Priami vxor, cum ventrem ferret, sibi in somnis visa est eniti. & ipsa aliquanto ante ꝑuisa, itũ est obuiã quantũ humana vis valuit fatali necessitati, sed fatũ mutari (nõ potuit.

De Cyro Rege.

SEd in illo vnq̃ fatorũ vis tam ineluctabilis apparuit, q̃ in maioris Cyri ortu & salute tuenda, duplex insomnij species de Mandane filia adeo perculit Astyagem medorũ regem, vt illius progeniem velut sibi, & suo regno pestiferam horrere prius non destiterit, q̃ vana interpretatione a seipso circũscriptus perijt. Primo Mandane filia visa est illi alte dormienti, Regiã vrbem, mox totã Asiã vrina ꝓfundere, vitis dein eius genitalibus enata magnã terrarũ partem inumbrare, vidit hæc Astyages. Ignobiliq; filię matrimonio, & destinata nepotis nece cauisse sibi & Medorum regno ratus est. Sed euenit nihilo secius, quod necesse fuit euenire.

DE INSIGNI INFANTIA. CAP. II.

NIhil est in vita hoim in quo fortuna volubilius versata sit, aut ꝓuidẽtia insignius operata, q̃ in ipso vitæ primordio. Nam quid magis mirum dici potest, aut minus credibile, q̃ vnũ aliquẽ perditũ perdi nõ potuisse? aut nõ perijsse periturũ? damnauit multorũ infantiũ vitã, regũ sæuitia, in primo vitę lumine, nec aliã ob causam q̃ quod nati essent. Cæterũ sunt illi seruati non hoim fauore sed fortuna, vel (quod magis æquum sit credi) cœli prouidentia.

De Christo Dei filio.

IMpiũ ẽm & execrabile sit opinari, quæ in Christo recens nato euenerũt, casu & non diuinitus cõtigisse, enimuero licet ipse deus esset, atq; idem rex regum oim q; rerũ conditor, cæterũ humanitate amictus, tã salutare mysteriũ interpolari potuisset, nisi tres illi magicæ disciplinæ affectatores, qui peregre cũ muneribus ad eũ venerant, per quietẽ moniti essent, ne ad Herodẽ reuerterent̃, qui capitaliter puero iminebat. Frustra humanũ genus laborat in ijs, quæ prouidentia diuina fiunt.

De eodem.

QVid Aegypti latebra Iosippo in somnis demonstrata, quã in eo non obscura numinis voluntas apparuit? necari non potuit is, qui vt vnus periret, multa puerorum millia perijsse simul constat.

De Mose.

PAri prouidentia Moses vt omnẽ Israelis progeniem seruaret, infans seruatus est. quem parentes crudelissimo Pharaonis edicto subacti, alueo inclusum in profluentem abiecere. Reddidit eum terris tumidus amnis tanquã fatorum conscius, redditũ regię aulæ intulit fatalis necessitas, vt vnde illi nuper mortis tenebrę intendebantur, regalia sint alimenta exhibita, & quæ nuper domus exitio illi pene fuerat, eadem ad imperium extolleret.

De Ioa Ochoziæ filio.

AFfuit & Ochoziæ filio Iohæ cœli numen, cũ omnes a Dauide oriundi, crudelissimo Athaliæ imperio vno tpe sunt ferro dediti. Infans mediæ cędi subtractus, pientissimæ amitæ cura tamdiu occulte seruatus est, donec puerascere incipiens, magno hominum consensu in auiti sit regni fastigium restitutus.

De Eustachĳ filĳs.

SEd omnium maxime illud memorabile, quod in Eustachĳ filĳs euenisse proditum est. Fuit is militiæ magisterio clarus Traiano principe. Sed post multo clarior martyrio factus. Exercebatur vir fortis per clades, & erumnas ad cœlestis militiæ præmia, bonisq; fortunæ alĳs alio casu amissis, vxore postremo piratica vi adempta, cum filios duos nondũ crepundĳs egressos, vado fluminis traĳceret, vnũ post alterũ amisit. Enimuero repetens quē priore ripa reliquerat, dũ mediũ tranat amnē amborũ solicitus vterq; hic feræ Lupæ, ille Leonis incursu e patris conspectu abripitur. Sed q̃ flebiliter fuerunt illi amisi, tam fœliciter postea sunt prouidentia reperti, parentibusq; non sperantibus restituti.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM
De Romulo & Remo.

SVbit nũc reputatio eorũ, quæ de Ethnicis hoĩbus sunt memoriæ ꝓdita, tantũ ab his quæ diximus diuersa, quia nõ tam fœlicia euentu, vt illa. cæterum nihilominus memorabilia, ꝑsertim casuũ varietate. Romulus & Remus gemini fratres, Amulĳ iussu sunt in Tyberim proiecti. Sensisse ꝓuidus amnis videri potest fatale onus, futurũq; decus gentiũ in parte oneris periclitari, & cum vna aĩa extingui. sed siue senserit id ille, aut tanq̃ id sensisset, contraxit se illico, cum forte vberius solito flueret, destituitq; pueros tenui alluuione. Iacebat gemina proles cœno ꝓuoluta, haud dubie pitura, nisi auspicatissimo vagitu Martiã Lupã ad locũ ꝑtraxissent, occurrit huc nõ raptrix sed nutrix (tanta est vis fatorũ) & qui p̃dæ esse debuerũt, immiti feræ ꝓ alũnis fuere. Inde sublati pastorũ stabulis inferuntur, adultiq; regnũ auo vindicant, sibi nouũ condũt, quod domestico statim malo imbutum, perpetuæ deinceps discordiæ exagitandum reliquere.

De Semiramide.

SEmiramis fœmina illustris, simili casu infans pene prius periclitata est q̃ in lucem ædita. iacuit infans circa Syrię stagnum, vel alimoniæ defectu mox interitura, nisi aues stagni accolæ iacenti alimēta peropportunæ ministrassent. hinc sublata inter regios pastores alitur, adulta regia fit coniunx. Demũ sub aliena persona non modo regnum tenuit, sed insigniter etiam auxit. tanta fuit vna in fœmina indoles, tanta fatorum vis omni indole potentior.

De Camilla Volscorum Regina.

REgis filia fuit Camilla, regiaq; domo orta. verum lubrica & volubilis humanarum rerum fors, infantem adhuc (nisi poetæ vbiq; fabulantur) paterni exilĳ fecit comitem, eandē teli iactu subere inuoluti, a violenti & vorticosi fluminis impetu seruauit, armentali lacte aluit, venatibus exercuit, restituitq; demũ paterno regno, vt regina ignobili manu bello non ignobili caderet.

De Pyrrho Rege Epirotarum.

EIsdē vitæ voluminibus iactatus est Pyrrhus Aeacidæ filius, regia domo excidit, ꝑmentibusq́ꝫ a tergo hostiū telis in tormenti spēciē trans flumen lancea cō tortus ægre seruatus est. dein Glauciæ regi cōmendatus, ad eius pedes miserabiliter obrepsit infans, reptatu (quando verbis nō potuit) risuq́ꝫ tēpestiuo suam regi salutē cōmendaturus, adultus & in regnū restitutus, Italiā cōcussit bello, Siciliā subegit, Macedoniā suis opibus adiecit. Lacedæmonē fatigauit, ꝓ quę tantū est gloriæ adeptus, vt imperatoria virtute clarissimi ducis iudicio, vni veterū imperatorum Alexandro videlicet regi cesserit, qui nulli bellica fuit gloria secundus.

De Hercule Alcmenæ filio.

HErcules, si poetica fides in his recipienda est, cum in crepūdijs infans iaceret, nouercalibus est anguibus petitus. potuitq́ꝫ facile obnoxia iniuriæ ætas vi subita extingui, nisi tantus ille a cunabulis fuisset, quantum eum esse oportuit, qui omnium terrarum monstra adultus sustulit.

De Perseo.

ADijciaꝛ̄ huc non minus poeticis figmentis celebre Persei fatū. similius tñ vero q̄ ꝓximū. Arcæ hic ab Acrisio cū matre inclusus Danae, bñficio piscatoris vixit, adultus cū in maximā spem ob egregiā indolē venisset & aui iniuriā vltus ē, & suo euētu cōprobauit, nullos ferme mortaliū in reliq̄ vita clariores fortunę benignitate, q̄ quos illa a primo statim ortu veluti sæuissima nouerca videaꝛ̄ abiecisse, tanq̄ cm̄ suę potestatis ostentandę cupida, eos potissimū ab initio piculis obiectat, quos ad rerū summā fœlicitatē euehere mater indulgentissima postea facta velit.

De Cyro Rege.

SImilia sunt sed propiora vero, quæ de maiore Cyro memoranꝛ̄, in quo de canis nutricatu ægre posteritas Græciæ astipulatur, certior fama Cyrum confestim a Mandanæ matris partu Harpago datū, vt ferarum laniatui exponereꝛ̄, nutritūq́ꝫ magis casu, q̄ Harpagi consilio apud regiū bubulcum. cæterū agnitum Astyages maternus auus nō ausus fatis ire obuiam, præstitit eū incolumem, sed nō tam pertinax fuit vis illa per quā seruatus est in eius infantia & pueritia tuenda, q̄ postea præsens in regno adipiscendo, famaq́ꝫ in omne æuum propaganda.

DE INSIGNI PVERITIA. CAP. III.

De Christo Nazareno.

COntigit insignis pueritia multis, sed nulli magis q̄ Christo deiparæ filio cuius vita absolutissima est ꝟtutis idea. Nec fuit vnq̄ in vllo, nec esse potuit tanta indoles, vt studio sapiētiæ & cœlestiū reꝝ cura, puer parentes reliq̄rit, matre cui charissimus fuit propinq̄rūq́ꝫ comitatu relicto, triduo requisitus, non in puerorum cœtibus, sed in sapientiū virorum consessu, non puerili intentus lusui, sed diuinarum rerum disceptationi, non in prophano, sed augustissimo est templo repertus, testatus oportere se nō in ijs esse quę hominū sint, sed quæ sui (qui se in terram misit) patris.

De Iosippo Israelis filio.

PRæclarum & in Iosippo Israelis filio adhuc puero refulsit virtutis exemplum, cuius vt mens somniorum sagax sileatur, cum in Putopharis domo Memphi seruiret, non herilibus illecebris, non suppliciorum metu subigi potuit, vt mulie

brem libidinem secutus cũ hera a qua procaciter appetebaẽ solus stuprum faceret, maluit castissimus puer in tenebris inter reos et sontes vinctus iacere,q̃ eam domũ in qua clementer, ac benigne alebaẽ flagitio fœdare, dignus q plus in ijs tenebris in quas coiectus est,q̃ omnis Aegyptiorum sapientia viderit.

De Io. Baptista.

NEmo inter natos mulierũ(vt sacris vtar verbis)surrexit maior Ioanne Zachariæ filio,nihilq; in eo sanctius extitit,q̃ quod puer res humanas aspernatus e medio excessit,solitudinis cupidus,prætulit eremum æqualiũ cœtibus, ieiunium cõmessationibus,continentiã libidini, paupertatem diuitijs. per quæ meritus est, vt maior q̃ propheta habereẽ.nec Iordanes cuius fuit accola,magnis licet regibus, magnisq; exercitibus vadatus, maius vidit vnq̃ aut sanctius præter deiparæ filiũ.

De Tobia.

EST & Tobias in hoc laudis genere censendus, qui cœlestis nuntij ductum secutus,tam &si puer adhuc & rerũ omnium ignarus, peregre proficisci ausus est,longiusq; inuestigare per quæ paternæ cæcitati opitularetur.

De tribus Hebræis pueris.

FVit hæc pietas in vno memorabilis,sed in tribus vel numero vel exemplo longe clarior. qui ne cultu abducerentur alienigenarum, ignem oculis admotum contempsere.meruit constans pietas,vt flammã in quam coniecti sunt innoxiam fuerint experti.cecinerunt hymnum deo salutis auctori, pueri omniũ qui admouebantur terrorum securi,aut quia humana crudelitas obesse his quos numen tuetur non potuit,aut quia non debuit.

De Bernardino Senensi.

BErnardinus Senensis pupillari ætate Dianę materterę cõmendatus, prandioli partẽ pauperibus impartire solitus,cũ forte vnicus esset panis domi ,phibereturq; infringere, portionem petijt suã,quam precario adeptus,mẽdico obtulit. & hi a pueris per hæc suã indolem probarunt, terrisq; cõspectiorem fecere.

DE ETHNICIS. ET PRIMVM
De Alexandro Magno.

SVnt & Ethnicis sua exempla. Nam in omni gente extiterũt aliquãdo p̃clari partus,& exempla præcocis ad virtutẽ ingenij.sed oĩm indoles maxime memorabilis extitit in Alexandro Philippi,qui orientẽ domuit. Cæterũ ætate puer p̃clarũ deposuit apud Leonidem pædagogũ futuræ munificẽtiæ rudimentũ. siquidem aris admotus,sacrorũ causa cũ largius thura focis congereret, sic sacrificabis inquit ille cũ Arabiam subegeris. cuius ille vocis memor robustus rex & iam victor thuriferis gentibus bello subactis,nauim ad eum thure onustam misit,præcipiens vt cum dijs parcus esse desineret,qui secum tam benigne agerent.

De Prætextato.

AGe vero qd Prætextatus ille Quiritij generis? qua eũ indole fuisse putandũ est? qui de more in curiã a patre ductus,cũ res de qua die illo cõsultus fuerat senatus,credita silentio esset.Isq; domũ reuersus,a matreq; appellatus, cũ non impensis p̃cibus, non minis subigi potuisset,exarsit cõfestim muliebris animus vt disceret qd illud esset, q̃d tam fido p̃mereẽ silentio. incredibili deniq; cognoscendæ

rei cupiditate, & vt pna est in uetitũ hois natura, pſertim impotẽtioris ſexus, varie verſando eo pueri mentẽ perpulit maternis pcibus imparẽ, vt mendaciũ cõfinxerit Prætextatus ad muliebrẽ intemperiẽ mitigandã peropportunũ. fide em̃ a matre prius accepta fore vt rem in occulto haberet, decretũ inqt eſt, vt ad ꝓpagandã ſobolẽ liceat viris plures vxores ducere. hic bona mulier nõ tantũ fidem præſtitit, ſed præcipiti fama p viciniam primo, dein per vniuerſam vrbem diſſipata, author fuit vt poſtridie illius diei ingens matronarum numerus in veſtibulum curiæ conuenerit. mirati primores patrũ, inſuetos matronarũ cœtus, vbi quid querelarum attuliſſent cognitum eſt, & quid puer cõmentus eſſet ad tegendũ curiæ ſecretũ, irriſit vniuerſus ordo muliebrẽ leuitatem, ſtultamq; credulitatem. Puer publice laudatus, datumq; vt vni puerorum omnium curiam ingredi poſt hac liceret.

De Marco Catone.

MArcus Cato cui ex morte Vticenſis cognomen obtigit, & patriæ & ciuium ſuorum ſe vindicem quantum in ſe fuit puer adhuc præſtitit. Is L. Syllæ carnificinam verius q̃ domum officij gratia cum Sarpedonte pędagogo ingreſſus, poſtea q̃ inde demiſſi ſunt, ſciſcitatus eſt ex eo ecquorũ eſſent hominũ capita illa quæ tam multa numero & a tam multis ad Syllam deferrentur, cum Ro. ea eſſe ciuiũ, ac fere principũ ciuitatis & a Sylla proſcriptorum audiuiſſet, debuiſſes inquit mihi ferrum exhibere, vt tam atrocem vindicarem iniuriam.

De. C. Caſſio.

FVit in. C. Caſſio ſi non maior indoles, at maius certe præſagiũ tuendæ patriæ vtpote qui puer in Fauſto Syllæ filio tam acer extiterit libertatis vindex, q̃ poſtea adultus in. C. Cæſare dictatore. hunc enim quia tyrannidem affectaret interfecit, illũ quia a patre exercitam laudaret contumelioſe pulſauit. cæterũ tantũ abfuit vt facti pœniteret, vt Pompeio rem cognoſcente eia Fauſte dixerit Caſſius. profer hic coram ſermonẽ, quo ſum abs te laceſſitus, vt iterũ a me in publico vapules.

De. C. Cæſare puero.

SEd q̃ hic libertatis ſtudioſus, tã. C. Cæſar q poſt Syllã dictator fuit dominatus & regij nois cupidus, enimuero puer adhuc ſemper Tragicum illud in ore habuit, ſi ius humanum violandũ eſt, regnandi cauſa violari debet. Cuperes naturã illã meliora voluiſſe. Voluit em̃ vetita, & liberæ ciuitati in qua natus erat. Sed q̃d puer optauit, adultus tenuit, parturijtq; tener animus, quod maturus peperit.

De Alcibiade.

NEc in Alcibiade minor vnq̃ indoles virtutis, vitiorũq; fuit. quem neſcias gloriari ne magis Athenæ debeant quod genuerint, an dolere. Neq; enim tantum ſtrenue pro patria bellando imperium auxit, quantũ poſtea factus illi hoſtis afflixit. Is ſane a pueritia qualis vir futurus eſſet, facile documentum dedit, qui ad Periclem auunculũ deductus, cum ſubtriſtem illum conſpicatus eſſet, ecquid eſt inquit auuncule quod doleas? illo vero reſpondente cruciari ſe animo, quod curati a ſe propylæi rationẽ minus apte profuſæ pecuniæ expoſcenti populo reddere non poſſet, quinimmo cogitandum tibi potius quo pacto non reddas. Arripuit ſtatim prudentiſſimus vir puerile monitum, & patriam adeo graui finitimorum populorũ bello implicuit, vt ſolicita de ſalute imperij ciuitas, alio mentẽ cõuerterit ſicq; Alcibiades patriã quã factus vir poſtmodum euertit, iam tum puer viam vt

facilius rueret ostendit, magno rerum publicarũ documento, nunq̃ his cõmittendam remp. adultis, qui a pueritia præcociorem improbitatem præ se ferant.

DE INSIGNI ADOLESCENTIA CAP. IIII.

De Dauide Rege.

SVccedit pueritiæ adolescentia. qua vitæ parte quicqd natura insitũ est animis hoim, velut iam maturo partu prodit in apertum. & vt ab re vetusta, exemploq; minime vulgari sumatur exordium, quis vnq̃ adolescens fuit Dauide ferocior? est enim vis hæc peculiarior adolescentiæ comes. vix pueritiã egressus cum Golia hoste imanissimo, ex ꝓuocatione congressus, non ætate, non statura corporis, nõ armis, nulla deniq; re alia præterq̃ animi magnitudine illi par, sed fœlicitate maior. fuit enim insignis illa pugna magis inopinatu euẽtu, q̃ q̃ pares coissent. vnus Dauidicæ fundæ ictus Philisteũ quantuscũq; fuit moribundum explicuit, claro documẽto, posse magna a paruis vinci, fortia ab inualidis, si vel prudentia adsit, aut si fauor numinis (q̃ omni est humana ꝓuidentia validior) aspiret.

De Solomone.

MAgnum hoc virtutis exemplũ in adolescente, sed sapientię illud qđ in Solomone huius filio celebrius extiẗ ad posteros. acceperat is regnũ a patre adolescens, ne puer dicam, cum in anceps iudicij genus incidit. Ignobilis puerpera filium nuper natum necauit incauto accubitu, hæc (infamię metu an alendi studio non tradiť) occulte qđ satis cõstat alteri puerperę filiũ subtrahit suo simile, enectũ subtracti loco qescentis lateri leuiter applicat. oriť inter eas cõtentio, postq; longã altercationẽ ad regẽ itur, stabat populus in cõcionis modũ circũfusus, ancipitis iudicij exitũ expectans, ex eo qualẽ habiturus esset regẽ iudicaturus, erat muliebris assertio rixę (vt fit) & iurgio similior, q̃ liti. Tum rex ite inqt, & (qñ lis aliter expediri nõ potest) puerũ in duas partes dissectũ vtriq; dimidiũ date. Tũ vera mater quin viuat potius inqt, atq; illa integrũ puerũ habeat. & arripuit vocẽ sapiẽtissimus rex veritatis testẽ, puerũq; huic addixit, in quo seruando Maternus extiterat affectus

De Daniele.

NOn multum absimilis huic, questio illa memorabilis qua vsus Daniel adolescens fatidicus, Susannę pudicitiam ab infanda calumniæ labe vindicauit, accusatoribus in id supplicium, quod puellę intenderant, compulsis.

De Iosippo Israelis filio.

SEd quanta huius fuit sagacitas in Susannæ causa cognoscenda, tanta ac nescio an maior etiam in Iosippo prouidentia. qui in ipso limine adolescentiæ, duplex Pharaonis insomniũ interpretatus, fatali inopiæ iussus ire obuiam. Aegyptũ vniuersam septem annos a teterrima defendit fame, patrem cum tota domo iniquitate illa temporum, gratuita frumentatione sustentauit.

De Daniele iterum.

AT in q̃ virtus vna est, plures in eo esse credi par est. sed si quis in Daniele oẽs fuisse dicat, non minus vere id q̃ pie dixerit. Nã quanta in eo prudentia apparuit, Susanna a tam detestabili calumnia seruata, tãta quidẽ ac nescio an maior etiã in eodẽ victus cõtinentia. qualis & in Anania fuit, Misaele & Azaria eius ęq̃libus q̃ regias dapes aspnati, leguminibus & aq̃ cõtenti vixere, ne patria lege aberrarẽt.

DE ETHNICIS. ET PRIMVM

De Africano maiore.

AGe nūc quid Ethnici:nā sunt & his sua exempla. P. Scipio q primus ex Africa bello victa, cognomē reportauit, is puer adhuc primo suo tyrocinio Scipionē eqſtri p̄lio, q̄d cū Pœnis est ad Ticinū amnē cōmissum, grauiter vulneratū & ad terrā afflictū, in aduersum hostiū globū ferociter inuectus, p̄iculo seruauit. adolescēs nō solū ciuica corona dign⁹, sed imortalitate etiā nois. ad quā præmatura virtus cū argumento pietatis manifestū illi patefecit iter.

De Antigono Demetrij filio.

HAbuit præclarū Scipionis exemplū plus fortitudinis. verum in eo quod de Antigono Demetrij filio tradit, maius quoddam pietatis specimen fuisse videri potest. Erat Antigonus adolescens, cum Demetrius pater in Chersonesso Syriæ, vbi Seleuci iussu ad extremū vitæ tempus custoditus mortē obijt. intenderat ille cursum in Syriā audito patris obitu, vt eius cineres in Græciā deportaret. eratq; iam multū eius nauigationis emensus, cū illos obuiam habuit, quos magna veneratione complexus vrna clausit aurea, purpura & diademate instrata, regia naui sublimiter collocat. circūstabant hastati iuuenes armorū fulgore conspicui. sacrū canebat carmen Xenophantes modulator ætate illa insignis, tanta vocū suauitate vt remorū pulsum nautæ præsertim modulationi accōmodarent. & Antigonus per insulas & vrbes Græciæ paternum funus tam pie extulit.

De Africano maiore.

SVbit nunc ex hac duorū comparatione alterū Scipionis exemplū, per q̄d ille rursus fit maior Antigono, vel q̄d fortior fuit quia continentior. Capta Carthagine in Hispania, perducta est ad Scipionem ducem & si admodum adolescentem puella nobilis atq; eleganti forma. hanc ille caste sancteq; in suorum aduentum custoditam, adolescenti nobilissimo cui desponsata erat intactam & sine pretio restituit, illud dumtaxat cum eo pactus, vt amicus inde esset R. populi, & vt in animū induceret in Romana ciuitate multos esse viros sui similes.

De eodem Africano.

QVid illud eiusdem: satis em̄ vt arbitror foret ad hoc quod proposui demonstrandum vnius adolescentis vita, si vnius contenti essemus exemplo. nam quid rogo: quid vnq̄ tam dignum Romana indole fieri contigit: aut quid potissimū ab adolescente est vllo speciosius exemplū ęditum, q̄ ab eodem Scipione: qui Romanis legionibus ad Aufidū in Apulia cæsis, cū nobiles quidam adolescentes ex ea acie elapsi, de Italia relinquenda consilia agitarent, ad eos stricto ferro repente ingressus, adeo terruit minaciter instans, vt non solum proposito auerterit, sed passi sint etiā a se iusiurandum exigi de patria nō nisi cum vita relinquenda.

De Alexandro Magno.

TAlis fuit adolescens, nisi maior etiā sit habendus Alexāder Philippi filius, qui Bucephalū equū insignem a patre nuperrime emptū, cū a nullo subigi posset vt equitē pateret, primus indomitæ peruicatiæ domandæ rationē ostendit. mox præter oim opinionē quadrupedē ascendit, ac citro vltroq; effusis aperto campo habenis ad lassitudinē agitauit. quam in filio indolem vigoremq; exosculatus Philippus, dixisse fertur, aliud tibi regnū quæras fili, nam te Macedonia non capit.

De eodem Alexandro.

MAgnū certe fuit ferū equū tam subita vi ab adolescente subigi potuisse, cum multi frustra eā regi operā nauare conati essent, sed p̄sagiū fuit illud, nō exemplū bellicę virtutis. id q̄d sequit̄ plus indolis & admirationis habet, siquidē tener adhuc annis, memorabili illa pugna ad Cheroneā ędita, q̄ gręcię opes fundi tus concidere, primus oīm Alexander impetū fecit in sacrā Thebanorū cohortē. q̄ quo insignius dimicauit, eo magis huic reliquit nomen, p̄ quē primū impulsa est.

DE IVVENTA. CAP. V.

OMnium ætatū iuuenta longe operosissima est, cui in vniuersum tota debet vita. Liberos procreat, alit infantiam, instituit pueritiā, adolescentiā ducit, seipsam regit & ornat, tuet̄ senectutē, decrepitatē fouet, hęc demū vita solum est. quod præcedit lusus & lasciuia, quod sequit̄ supplicium. nulla sui parte hominis vita pluribus abundat exemplis, sed nos paucis contenti sumus, atq; eorum præsertim, qui ex omni flore hominum leguntur, vt p̄ quos sit quæq; pars vitæ insigniter acta, breuis relatio demonstret.

De Iesu Nazareno.

NVnc quis auspicatius huic dabit parti exordium, q̄ qui exemplar fuit virtutum oīm: qui omnis docuit gentes, rex fuit, quin potius rex regū, per quem via ad cœlū homini patefacta est, omne virtutū specimen in aperto positum. Nam quod adhoc pertinet. Quis Christo fuit vnq̄ sapientior, cuius nomen in sapientiæ appellationē abijt: Quis potentior q̄ q̄ ꝓpria virtute operatus est vt cæci viderēt, audirent surdi, claudi ambularēt, mortui reuiuiscerēt: Quis fortior q̄ qui moriendo mortē vicit: Aut quis ꝓuidentior q̄ qui tacitos intra p̄cordia cogitatus hoim p̄ uidit: q̄ rogare volentibus toties occurrit, quę in se postremo euentura erāt, tanto prius p̄uidit ac p̄dicauit: Quis frugalior aut continentior, q̄ q̄ cū oīa posset, nihil tamē habuit, nihilq; habere voluit: Quis humilior q̄ qui piscatores sibi comites legit: qui publicanū nō auersatus est: Quis demum clementior q̄ qui latroni dedit veniam: Meretricem flentem nō a se repulit: Fuerunt equidē aliæ virtutes in alijs, in Christo Nazareno omnes fuisse fatetur humana pietas.

De Sansone.

NOn caret admiratione quod de Sansone proditū est ad posteros. qui vnus cum vna Philisteorum gente interneciuū bellum gessit, enimuero siue fatali robore, siue cœli prouidentia inuictus fuit. Cōtra multa millia hostium (quod satis constat) solus & inermis prospere dimicauit. Idem hostili vrbe deprehensus vbi sub noctē vim sensit aduersus se parari, demolitus est portas vrbis, auulsasq; postibus, in iugum montis detulit, quod hostili vrbi iminebat, statuitq; in conspectu attonitę ciuitatis, ludibrium verius q̄ trophæum.

De Solomone Rege.

SEd quantū in hoc finitimi hostes vires stupuere, tantū in Solomone oēs gentes sapientiā. cuius fama impulsa Aethiopum Regina Hierosolyma venit, audiuitq; regem nobilis hospes, & quem absens mirata fuerat, præsens venerata est, donauitq; amplis muneribus. sed ipsa multo amplioribus aucta, veritatem scilicet adepta, quam tum omnis cæterarū gentium miserabilis sapientia ignorabat.

De Dauide Rege.

SVbit nunc proximæ relationis admonitu, propheticæ mentis exemplum, cũ arte omnium pulcherrima coniunctũ. Dauid qui Solomonis fuit pater, diuino (vt credi par est) afflatus spiritu, partem multo maximã eorũ, quæ in Christo longo post temporis interstitio euenerũt, fatidico carmine præcinuit, humanũ genus futuræ salutis admonuit, vt dubium sit vter maior hic vates, an ille sapientiæ antistes sed hic sanctior, qui cœlo propius accessit. ille clarior fama, qui sapienter imperauit.

De Iuda Machabeo.

EST & Iudæ nomen ingens cognomẽto Machabei, nulli maius rei bellicæ studiũ, nullus vnquã Hebræorũ sæpius cum hoste dimicauit. Nullus toties victor fuit. in quo illud præclarũ & maxime memorabile, quod fortunã gentis afflictã, ac propemodũ extinctã tueri adortus, adeo bellica virtute erexit, vt in Ro. popli sit societatẽ receptus, ex quo facta est eo duce, res Israelitica, Syriæ & Aegypti regibus multo quam antea infestior.

De Io. Baptista.

ET quia adhuc vnius gentis lumina censentur. Age nunc & quantus fuit Io. Zachariæ filius: non cessit hic suæ gentis hominibus, alijs alio genere laudis excellentibus, abstinentia vero & sanctitate post Christũ Nazarenum (qui extra omnem humanitatis aleam est habendus) fuit omniũ longe princeps.

De Iob patientissimo hominum.

FVit & in vno patientia omni æuo memorabilis. Iob nomen illi reddit̃, fuitq́ is Cusseæ terræ accola, grande pecus, & fortunas omnes vno tempore amisit, liberi promiscue mares & fœminæ subita ruina obtriti perierunt, & quod imenso erumnarũ cumulo accessit, ipse sanie tabeq́ consumptus, omniq́ mortaliũ ope destitutus omnia patienter tulit, cõuiciantis pręcipue cõiugis intemperiẽ, pietatẽ, & inocentiã pro delirio & stultitia illi exprobrãtis. et quidẽ Iob ex florẽtissimo vitæ statu, hoimq́ opinione fortunatissimo erũnosissimus factus, nulli iratus, semp illud i ore habuit. Deus abstulit, eius semp laudet̃ nomẽ, quæ vox meruit, vt his tot malis defunctus multo plura deiceps possederit, quam amiserat, vita i multos annos fœliciter progata.

DE ETHNICIS ET PRIMVM

De Socrate.

SOcrates, vt aliarum quoq́ gentiũ exempla referant̃, delphico oraculo mortaliũ sapientissimus iudicatus, semper eodem fuisse vultu tradit̃. neq́ hilarior visus die, quo vxorẽ duxit, aut turbatior extremo vitæ tempore, cum venenũ hausit. hinc cũcta græciæ ingenia humanæq́ sapiẽtiæ flumina illa vberrima, quæ oẽs terras inundarũt. fuitq́ tanta virtus nihilominus inuidiæ obnoxia. damnatus publice est venenoq́ sublatus, cuius supplicij tanta secuta est pnia, vt accusatoribus insigniter multatis, statua sit illi publice decreta. Adeo leuiter interdũ multitudo & amat & odit.

De Hercule.

FOrtitudinis exemplũ græciæ astipulatu (nam aliæ virtutes in alijs fuere, non omnes in omnibus) verum nescio, an omnium maxime memorabile in Hercule fuit Alcmenæ filio, si quæ de eo scribunt græci (genus hominũ in suorum laudem propensissimũ) sunt recipienda. enimuero vbiq́ ille inuictus, omnibus terrarũ monstris nouercali imperio obiectus stetit. sed hæc tam tradenda sunt quam tradita. Poetarum enim fabulis propius accedunt, quam historicæ fidei.

De Milone Crotoniate.

MVlto veriora sunt, & ad ea credēda fides sua spōte pronior, quæ de Milone Crotoniate tradunt, solitū eū frequētissimo græcię spectaculo igentē taurꝫ gestare humeris. Idē (nisi forte alius fuit ab eo diuersus hoc noie) cū vestigio cōstitit, a nullo potuit submoueri, nec eius digitus corrigi, cū pomū manu teneret.

De Alexandro Macedone.

QVin illa potius fortitudo censenda, quæ audendi fortia sit scientia quædam. in quo genere laudis, Alexander Philippi tam eminens fuit, vt nemo fortium imperatorū aut regum, sit illū rerum gestarum gloria æmulatus. Nullus tantū terrarū subegit armis, aut tam numerosos profligauit exercitus. Nihil ille bello tam arduū & difficile tentauit, quod nō sit demū adeptus, & q̄d eius fœlicitati vel vigori potius, inuictoq; aio iure imputes, nulli de tot gentibus tā celeris victoria contigit. Tantum enim terrarum cœpit, quantum obequitare potuit.

De Caio Cæsare.

VNus oim q omni memoria fuerūt. C. Cæsar dictator, hunc cuius nūc memini gestarū rerum magnitudine propemodū æquauit, in vno etiā fortassis maior habendus, quod hic noster toties collatis signis cū hoste dimicauit, q̄ries nec Macedo, nec alioꝝ ducū impatorūue quisq̄. Idē plura hostiū milia acie cecidit, q̄ cæteri duces vicerint. subit & illa reputatio, Cæsar priuata domo modicisq; fortunis ortus, ad fastigiū rerū euectus est, nomēq; summi ducis adeptus, q̄ eo Macedoni fuerūt aditu faciliora, q̄d & patrē regē habuit, & eundē tyrocinij magistrū non pœnitendū.

De. M. Curio Dentato.

COntigit magnæ continentiæ nomen M. Curio dentato, qui aurum quod a Samnitibus offerebatur, non solum repudiauit, sed laudabile exemplum memorabili responso illustrauit, testatus non egere se auro, quandiu cupiditatibus posset suis imperare.

De Caio Fabritio.

NEc. C. Fabritij obscura in eo genere virtus, qui nō gentis vnius munera. sed regis aurum, regnūq; opulentissimū, in cuius partem recipiebatur, est aspernatus, dignus cui hostis non solū captiuos ciues gratis restituerit, sed eius quoq; ciuitatis optauerit amicus fieri, quæ tantum fortita esset ciuem.

De Iunio Bruto.

NVlla virtus minus est vulgata, q̄ iustitia, nulli tamen magis debet hoim vita, habet hæc quoq; sua exempla. Iunius Brutus duos filios adolescentes, quia post assertā libertatem cōperti sunt, consiliū cum paucis cœpisse de vrbe regibus ꝓdenda, in cōspectu ppli virgis cæsos, capitali affecit supplicio, spectaculū memorabile, si hoim affectus, vt corpa oculis cernerent. Stabat hinc liberū charitas, inde patria. accusat hæc, illa excusat. expedit hæc fasces, illa ipedit. trahit vna sontes ad suppliciū, altera retrahit. vicit demū q̄ vincere debuit, cessit hūanitas rōni, charitas iustitię, priuatus luctus publicę saluti, secutusq; est Brutus nō q̄d voluit, sed q̄d debuit.

De Manlio Torquato.

NEc credere est Manliū Torquatum (abundamus eīm domesticis exemplis) tum prorsus humanitatem exuisse, cū filium securi percussit, quia contra cōsulare imperium in hostem dimicasset, non filium fortem pater auersatus

est.nemo nõ suos vult & fortes & bonos esse,sed militarem disciplinam ab eo neglectam vindicauit.posthabuit itaq; priuatũ affectũ publicę vtilitati,maluitq; eam Reipublicę partem qua Romani summa stabat imperij,q̃ filium esse incolumem.

De Catone minore.

QVid.M.Cato.C.Cæsaris æqualis, vir cum morum sanctitate, tũ cætera vita omniũ Quiritium longe princeps? An ob singularem animi continentiã non dignus fuit qui in ea ciuitate nasceretur? quæ omniũ iustissima esset? aut in qua de principatu non armis,sed virtute contenderetur?prodest homo homini. prosunt etiam quidam multis,vnus Cato in vniuersum nõ patriæ solum, sed vitæ profuit.

DE SENECTVTE CAP. VI.

PRæterea cætera iuuentutis exempla, sparsim deinceps verũ in suo genere dicenda,siquidẽ nunc oĩa exequi supuacuũ sit,& a p̃senti ꝓposito alienũ,non eñ in suũ genus dicta,factaq; memorabilia nũc redigunt̃,sed humanę vitæ partes deliniant̃ insigniter actæ. Nũc q̃d ad rem attinet,vt oĩs splendor gerendarũ reꝝ iuuentutis est comes, sic pietas,cõsiliũ,& authoritas senectutis,insunt & alię laudes.est eñ pars hæc vitæ oĩm humanarũ virtutum portus, in quem velut ex longa iactatione sese recipiunt,ac velut in tuto conquiescunt.

De Habraamo.

NIhil tamen est tam huic ætati propriũ, q̃ pietas.cuius tanta fuit in Habraamo cura & studiũ,vt vnicum filiũ, quando id facere e cœlo iussus esset, non dubitauerit aræ pro hostia admouere in holocaustũ daturus,dedissetq; haud dubie pientissimus senex,nisi vt ferro parceret, eodem fuisse oraculo admonitus.

De eodem.

SVbit nunc alia reputatio haud minoris exempli, hominem senio cõfectum ea fuisse apud adultũ,& iam robustum filiũ authoritate,vt sciens ille volensq; pro victima sit vinctus,& vt tener vitulus,aut mitis agnus sine reluctatione ad aram se admoueri sit passus, tanta tũ in vno fuit viro pietas, tanta simul & authoritas. hæc domus imperatrix suæ,illa numinis diligens cultrix.

De Mose.

NVlli hoĩm cõtigit tã familiare numinis cõmertiũ q̃ Mosi. nullus maiore cœli fauore duxit exercitũ,cui sua sponte patuit mare,aquę pumicibus exiluerũt,q̃bus amaror inerat duces factæ.Idẽ cœlesti rore pauit populũ ingentem, religione rexit, hostem ꝓcatione fudit. nulli prima rerũ origo fuit notior & q̃ ꝓxima fuerũt originibus.iuuẽta exercita,exercitatior senecta.fama & celebritate magnus sed maior propheta,ac nescio an oĩm etiã qui omni memoria fuere, maximus.

De Noe

QVid Noe, nonne & ipse iam senior oraculũ secutus,incredibili solertia, irrequietoq; tot annorũ opere, arcã fabrefecit? fabrefactã rexit cataclysmo oĩa obtinente?Per quæ est & ipse cum tota domo seruatus, seruataq; cũ eo animalia quæ speciatim solerti indagine nauigio inclusit.

De Iosippo Christi patre.

MAgnũ quidem fuit & ad posteros memorabile,vnius opa contigisse humanum genus reparari, sed maius illud & illustrius viro admodũ seni iam æta-

tis exactę datū, vt regi regum & nutricius esset & custos. Nulli vnq̃ sanctior alumnus contigit, nulli augustior nutricatus. Iosippus em̄ primus oim, Deiparę filium nuperrime ortū vidit, primus adorauit, angelicos cantus audiuit, Magos venie͞tes excepit, infante͞ asportauit, puerū requisiuit, & q̃d fœlicissimi cumulo ministerij accessit, Christi pater, & rector est dictus, q oim ver⁹ erat pater & moderator summus.

De Symeone.

MEruit & Symeonis sanctitas nō parum, qui oraculo instructus fore vt non prius humanis excederet, q̃ Christū videret, consecutus est, vt viuens suis sit amplexus vlnis eū, qui cœlum, & quæ cœlo continent̄, vno fouet complexu.

DE ETHNICIS. ET PRIMVM

De Numa Pompilio.

SVnt oppido multa, insigniaq; ætatis huius exempla, cæterum quia senio decrepita ætas hæret, suntq; ipsæ vitæ partes propemodū indiscretæ, adeo vt quod vnius sit, alterius esse videri possit, vtendū est parcius exemplis. Nunc quando de potiore hominū ordine est abunde dictū, æquū est & prophanis hominibus sua reddant̄ exempla. Magnū itaq; esset pietatis nomen Numæ Pompilij qui Romæ secundus a Romulo regnauit, nisi stultitia verius q̃ iustitia, superstitio non religio habendus sit malorū dæmonū cultus. fuit is author vt Martia ciuitas & ad id tempus rei bellicæ addicta, aris & sacellis dæmonū addiceretur, dignus senex qui meliora voluisset, nemo tenacior custos fuisset religionis, quippe qui hostium accessu repente nuntiato, ego inquit sacrificabo.

De Cæsare dictatore.

COnflixit Cæsar dictator cū hoste quinquagies collatis signis quoties Ro. ducum nemo. Verū exacta ætate & iam senescere incipiens cunctatior factus est ad ineunda prælia, veritus, vt credere est, ne fortunam quā toties secundam fuerat expertus, aduersam semel experiretur.

De Marco Marcello.

MAior in Marco Marcello iam sexagenario ferotia, maius bellandi studiū, qppe qui per quietem sæpe sibi pugnare visus est, optauit identidem vt vno inclusus loco cū Hannibale omnium qui omni memoria fuerūt ducum ferocissimo de summa rei armis decerneret, hoc certe fuit cur Ro. sit populi gladius dictus, cū Fabius qui cunctando vicit, clypeus diceretur.

De Fabio Maximo.

FRegit Fabij huius prudentia non minus pœnū q̃ Marcelli inuictus animus, ac nescio an salubrior etiam fuerit Fabiana maturitas iacenti & afflictæ patriæ, q̃ Marcelli ferotia. hic punicas vires primus fregit, ille ludificatus est. Traxit hic quo voluit, ille qua hostis noluit ire coegit, vicit hic sępe, estq; aliquando & ipse victus, ille citra cruorem exercitū quo voluit egit. fœlicior euentu, Fabij q̃ Marcelli virtus hic in insidias præcipitatus cōcidit, ille pace parta vniuersæ Italiæ cōsensu graminea est corona donatus, qui postmodū in altissimo senio naturæ concessit.

De Socrate.

SOcrates mortalium sapientissimus est delphico oraculo iudicatus, quod nisi Athenæ longe aliter persuasum habuissent, nunq̃ vir iustissimus venenū hausisset publice damnatus, Sed quem viuū odit, defunctum desyderauit inconstans

ciuitas. accusatores eñ eius exilio damnauit, defuncto statuam in publico posuit, adeo leuiter aut odit, aut amat ciuilis multitudo.

De Catone maiore.

EST Cato maior populi Ro. iudicio prudens appellatus (id eñ eius nomen arguit) Cæterũ nemo vnq̃ in ea ciuitate maioribus est odijs exercitus. quadragies sexies reus causam dixit, estq; semper absolutus, valuit. s. plus eloquentia quæ humanis rebus dominaẽ & innocentia, q̃ omnes inimicorũ validissimi conatus.

De Pericle Atheniensi & Demosthene.

MIrata est vetus comœdia in Pericle Atheniensi eloquentiã, atq; adeo mirata vt fulgura eũ & tonitrua ciere, non loqui dixerit. Sed maius ex ea re nomen Demosthenes reportauit totius Græciæ astipulatu, quæ eo loquente pacẽ & bella suscepit, suscepta deposuit, fœdera cũ regibus iunxit, iuncta dissoluit.

De. M. Tullio.

PAr laus apud nostros. M. Tullio contigit, atq; eo fortasse maior q̃ amplior fuit res Romana in qua Cicero versatus est, q̃ Attica. Expulit hic Catilinam ex vrbe, expulsum oppressit. Antoniũ proscripsit, leges & plebiscita, vt sancirenẽ hæc, illæ vt sancite abrogarenẽ fando tenuit, & quod oim maximũ in eo fuit maximeq; laudabile, tantũ vnius ingenio Romanus creuit sermo, quantũ ductu & auspicijs oim quos Romana vnq̃ ciuitas habuit ducum creuerat imperium.

DE DECREPITA AETATE. CAP. VII.

De Dauide Rege.

SVnt & aliæ senectutis laudes, sed nũc pauca & velut flores legunẽ, q̃d in reliqua vita fecimus. superest vt de extrema hois ætate dicaẽ, quæ ab ijs viuiẽ q decrepiti vocanẽ. Plus in his honesti otij q̃ negotij, veneramur hos hoies nõ miramur, inest & authoritas ante actæ vitæ p̃miũ. quæ tanta in Dauide fuit rege, vt cũ plures essent illi filij atq; ijdẽ grandes natu, legitimeq; orti, ipseq; Salomonẽ minimũ natu, & ex aliena cõiuge conceptũ regem declarasset, tantũ abfuit vt quisq̃ viuo patre sit aliq̃d mouere ausus, aut signũ irati animi dederit, vt eo etiã defuncto (neq; eñ diu sup̃fuit) regiũ nomen cũ ipso regno inoffensum illi mãserit.

De Israele.

FVerunt virilis stirpis filij duodecim Israeli, & si vnus q longe aberat Iosippus p̃ amisso & deplorato haberi poterat, cæteri eñ cum impio patris iã decrepiti in ægyptũ ex palæstina p̃fecti essent, vt inde frumentũ coemerent, essetq; Beniamin in furti crimen deuocatus, fratres ad annonæ p̃fecti pedes p̃uoluti cũ iuuenis supplicíũ dep̃carenẽ, identidẽ testati sunt, futurũ vt vno fratrũ p̃iclitãte, cęteri extorres fierent, qñ eam legẽ a patre accepissent, vt illo q̃quo modo amisso oẽs exularent.

De eodem Israele.

IDem reuersi ex ægypto, capularis senis (erat enim tum grandis natu Iacob, vt iã natura non fato viueret) authoritatem secuti, patrijs sedibus, penatibusq; relictis cum patre & tota domo in ægyptum migrauere.

De Mose.

PVlchrum certe fuit nec vulgaris exempli in tantũ filiorꝫ gregem ad extremũ imperiũ tenuisse, in re p̃sertim erumnæ & desyderij plena. sed illud multo pulchrius, q̃d Moses iam æuo cõfectus, numerosum exercitũ non solũ ad militare ob

sequiū habuit obsequentē, verumetiā legū obseruantissimū, quibus in legitimæ ci uitatis speciem vniuersam gentē instruxit non multo prius q̄ vita decederet.

De Aurelio Augustino.

AVrelius Augustinus cū iam nonagenarius esset, non minus operose exercuit diuinarū literarum studia, quā iuuenis media ætate fecerat. scripsit itaq; plura q̄ quisq̄ legerit si verus est Possidonius. is decipi eum opinione credidit qui oīa quæ Augustinus scripsit, arbitraret̄ se legisse, accessit his (quod hominis vel foelicitati vel sapiētiæ potius assignari possit) authoritas tanta, vt nullius scriptis post Euangelicā historiā, Tarsensisq; Pauli, maior hoīm consensus accesserit.

De Origine.

SEd q̄ Aurelij studia authoritate eminent, tantū nec minus Origenis, scriptorū varietate. huis sena millia librorꝫ legisse se diuus Hieronymus scribit vir vel maiore fide dignus. nunq̄ rem tantā ponere essem ausus, vtpote vix dignā relatu, nisi tanti viri intercessisset authoritas. auxerūt aliorꝫ studia Bibliothecas ac ꝑ partes cōpleuere. vnus Origenes ingenij fœlicitate Bibliothecā vnam q̄uis ingentē implere potuit.

De Enoch propheta.

AGe nūc & peruetustæ rei admonitu pertinax illud pietatis studiū, ꝑpetuaq; Enochis censeat̄ cura, qui tercentū annos quibus visus est in terris, semꝑ sit cœli numen secutus, vt diuinæ tradunt literæ. Fœlix vita, & beatitatis plena, semꝑ ac vere vitalis & in numinis comitatu, perpetuo boni particeps.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Masinissa rege.

IN prophanis nō vnus insigniter vixit vel extrema ætate. sexaginta regnauit annos Masinissa rex populi Romani amicissimus. nonagenarius sine Ephippijs equū ascendit. nudo capite pedibusq; iter fecit, procreauit & filiū extremo vitæ tpe, & q̄d in eo maxime fuit memorabile, suprema ætate confectus cū opulentissimo Carthaginensiū exercitu collatis signis ꝓspero marte dimicauit.

De Catone maiore.

CAto Portius Quiritiū vnus, octogenarius filiū genuit tam viuida senecta, vt ne consenuisse quidē videret̄. mira certe fuit tā intempestiua ꝓcreatio; sed illud æque mirū ne maius dicā, q̄d multis cōtra tendentibus, validis lateribus Voconiā legem Po. suasit. ingenioso ad hæc argumento in difficili consultatione vsus. author fuit Carthaginis e medio tollendæ, frequenti curia testatus tam vicinā habere Ro. po. inimicā vrbem & hostilia meditantē, q̄ pomariū illud esset, vnde decerpta erat ficus, quam recentem in mediū protulit.

De Isocrate.

ISocrates quarto & nonagesimo anno vitæ librū ędidit quem Panathenaicum inscripsit. superfuit operi annos quinq;, fuitq; extrema ætas par suscepto labori, viribus, iudicio, memoria. quæ omnia nisi illi abunde affuissent, nunq̄ in tantū æui prouectus tam seria scribere potuissent.

De Gorgia Leontino.

LEontinus Gorgias huius magister, qui centū & septem vixit annos, nec tamē tam longæuus ab opere & studio cessauit vnq̄. hic idem cū ex eo quæreretur cur tamdiu vellet in humanis esse, nihil est inquit cur adhuc ætas a me accusari pos

sit. Iucundus & optabilis vitæ cursus cui tantus annorum numerus nihil abstulit, authoritatem vero multo maiorem peperit.

De M. Furio Camillo.

MAR. Furius Camillus ætate iã longe exacta, grauia & periculosa obiuit bella, non minori consilio & constantia q̃ cum integra fuit ætate.

De Valerio Coruino.

PAri vigore animi fuisse Valerium Coruinum qui centum vixit annos credere æquũ est, interfuerunt em̃ anni sex & quadraginta a primo eius cõsulatu ad eũ magistratum quem gessit postremo vitæ tempore.

De Phocione Atheniensi.

MEmorabilius hoc in Phocione Atheniensi, qui quadragies quinquies cum imperio præfuit exercitui. potuit gregarij militis vita illustrari siquis tot stipendia fecisset quot ille obiuit imperia.

DE INSIGNI VITAE EXITV. CAP. VIII.

ABsoluta videri poterat vita hois, nisi homo plus nimio viuendi cupidus, ipsum q̃q; moriendi tempus vitę imputaret. tanta libido est lucis huius ꝑpagãdę. quanto æquius iudicaturus si dũ infans est, dum ægrotat, dũ luget, dum senex est & decrepitus mortẽ id tempus nõ vitã duceret. verũ quando tam tenax est lucis huius ambitiosa mortalitas, & ad seipsam circũscribendã ingeniosa, placetq; hoc quoq; vitæ imputari, ex imenso exemplorum numero pauca in fine libri huius referam ad insignem vitæ exitum pertinentia.

De Iesu Nazareno.

MIra quidem sunt tametsi historica fide & astipulatione multarũ quoq; gentiũ recepta & illustrata, q̃d die dominicæ mortis terra horrẽde mota sit, sol sine physica deliquij causa obtenebratus, sepulchra sua sponte patefacta, quod sanctoꝝ corpora surrexerint, quorũ simulachra sint cũ hoibus congressa. sed oim illud maxime excellens ac supra q̃ dici possit arduũ, q̃d tertio post die q̃ cruci affixus erat Christus humanę author salutis, ꝓpria virtute reuixit, obtulitq; se suis nõ vno loco videndũ tractandũq;, etiã vt fides ijs accederet q̃ꝝ humana ratio nõ erat capax. sed desinũt videri hæc mira, dũ in q̃ facta sint mens reputat. potuit oia qui hæc opatus est. potuit quidem & voluit, ne ad lucem oculis admotã caligaret humanũ genus.

De Helia Propheta.

HAbet & illud non paruã admirationẽ vixq; fidẽ inueniat nisi ad cœli ꝓuidentiam oia referant. Helias prophetarũ vnus cũ toto curru quo videbať & cœlesti igne sublimis assumptus ex hoim oculis euanuit, nec in terris est ab vllo amplius visus præterq̃ in Christi congressu. viuit adhuc vitam. & vt fides recepta est, humanis gentibus testis olim & vindex futurus.

De Io. Zebedei filio.

FVit & arbiter illius sacratissimi congressus Io. Zebedei filius, cui lõgo dein tpe non multũ absimilis cõtigit vitæ exitus. is cũ vndecentesimũ annũ ageret, frequenti populo in scrobẽ descendit secundũ aram maximã templi, refulsit locus subita luce, subijtq; tacita religio facti tã incredibilis Ephesinã ciuitatẽ quę maiorẽ in modũ postea aucta est, vbi corpus nusq̃ apparuit. adijciť miraculo fontẽ oleo scatentẽ ibi repente ortũ, q iã inde arcano sacroq; liq̃re, tã longo ęuo manare nõ desijt

De Deipara Virgine.

AEque memorabile est, quod de sacratissimo Deiparæ corpore tenet pro certo Christiana pietas, fuisse id post virginis obitum cœlo illatũ. oportuit sane omnis esse corruptionis imune corpus, nullaq; humana labe contactum, nec vero vlla (quod satis constat) eius sepulchri vestigia extant in terris, sepultiue corporis memoria, quæ priorum opinioni repugnet.

De Catharina virgine.

CAtharinæ virginis corpus, in terris est angelorum ministerio (vt fertur) in parte Arabiæ vbi hodie visitur miraculo collocatũ. Syna mons diuæ huius cõditorio illustraẽ, coliturq; virgineũ corpus vno insigniter loco, quo fuit prouidentia delatũ. at vero deiparæ, omnes gentes omnibus terris colunt, tanto maiore veneratione, q̃ si vnus aliquis in terris locus eius esset conditorium adeptus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Romulo:

ROmulũ (vt sua Ethnicis reddanẽ exempla) Romanæ vrbis conditorem, die q̃ trabeatus sedit ad Capreæ paludem lustraturus exercitũ (casu an prouidentia non facile dixerim) fœda (q̃d inter omnes conuenit) tempestate orta, cũ nimbus sedentem obtexisset, qui in contione stabant, fuga & trepidatione dilapsi sunt, nec multo post, cũ repente differenasset, sella vacua apparuit, nec ipse est ab vllo amplius in terris visus.

De Alcmena Amphitryonis.

TAle phasma Alcmenę Amphitryonis, quæ Thebani fuit Herculis mater, exitus habuit, aut certe non multum dissimile, si vera sunt quæ græci scriptores de ea memoriæ prodiderunt. cum defunctæ corpus efferetur, repente euanuisse aiunt, lapidemq; pro cadauere in lectica repertum.

De Cleomene Astypalęo.

CLeomenes Astypalæus magnitudine enormi fuisse traditur. cæterum temerario & furioso ingenio. quippe qui multa ędiderit facinora maiore vi semper q̃ prudentia. postremo literarium ludum ingressus, cũ columnam, cui tota loci cotignatio incumbebat, temere fregisset, subita conclauis ruina ingentem puerorum oppressit numerum, requisitus ob eiusmodi noxam ad suppliciũ, in sepulchrũ sese coniecit, operculũq; super impositũ tenaciter contra vim reuellere nitentium aliquandiu tenuit, quo demũ refracto nusq̃ apparuit. sciscitati oraculũ Astypalæi hoc de eo carmen tulere. Vltimus Heroum Cleomenes Astypalæus.

De Aristea Proconnesio.

SVnt & quæ de Aristea Proconnesio traduntur admiratione digna, si vera est Græcia cui de omnibus curæ fuit scribere. oppetijt is mortem in fullonia taberna. quem pleriq; sub id tempus peregre domum reuersi, testati sunt se obuium habuisse, Crotonem versus proficiscentem.

MARCI ANTONII SABELLICI PRIMI
EXEMPLORVM LIBRI
F I N I S.

QVi hoim a primordio reruꝫ, vnã aliquam humanæ vitæ partem sint insi-gniter sortiti, sobria exemploꝝ relatione priore est libro demonstratũ. q̃ sequitˀ & cæteri deinceps, nõ vt ille, exempla sparsim collecta cõtinebũt, sed in certũ ordinẽ & generatim digesta. in q̃bus primũ sibi locũ vendi-cant quæ ad Ethicen pertinent. est eñ hæc magistra vitæ. cæterum quando & ipsa in suas diuiditur partes, ad eam quam græca voce monasticen vo-cant, sequens relatio accommodabitur.

DE CONTEMPTV DIVITIARVM.

De Matthæo apostolo.

MAtthæus ex quæstuosissimo hominũ ordine (erat eñ publicanus) a paupertatis magistro accersitus, grandem pecuniam reliquit, cœlestium rerũ spem secutus, sed in nulla re quæstuosior, q̃ in paupertatis complexu. rem terrenam & caducam cõtempsit, & quæ aut casu aliquo amittenda fuerunt aut in morte relinquenda. estq; tanto maiora adeptus, quantũ ille veritatis author a quo vocatus est omnes qui vnq̃ fuere in terris virtute & sapientia antecelluit.

De Bartholomęo apostolo.

REliquit publicanus aurum, fuitq; id hominũ opinione magnũ, sed illud multo maius, quod Bartholomeus regio stemmate fulgens, piscatoribus se æquari passus est diuinaꝝ rerum cupiditate captus. contempsit ille diuitias, hic se ipsum ille fœnerare desijt, hic regnare. quod tanto præclarius est hominũ opinione, quanto turpius & calamitosius seruitutem seruire.

De Lazaro.

MInus fortasse miretur aliquis Lazarum, qui omne matrimonium, quod magnificum & amplum possedit, post Christi mortem vendidit, pecuniamq; ex auctione coactam ad apostolorum pedes proiecit, dubiũ maiore pietatis an grati animi affectu. Dilexit ille Christum vehementer, sed seipsum non odit, qui per illum ad vitam reuocatus fuerat.

De Magdalena & Martha.

PAr ac nescio an maior etiã pietas in sororibus, quarũ hæc Bethaniam vendidit: illa Magdalũ vnde cognomen traxit, grandiq; pecunia in mediũ collata, sese ad eũ pietatis cultũ expediuere, quẽ a veritatis magistro domestica disciplina acceperant.

De diuo Gregorio.

STruxerunt Quiritiũ alij villas, porticus, theatra, aliaq; insana ædificia. Gregorius qui prius senator dein Romanus fuit pontifex, non populari auræ, sed pietati & sanctimoniæ addictus, sex in Sicilia extruxit monasteria, vnum Romæ in quem vsum vertit paternam domũ. visitur hodie locus in Cœlio, cũ vestigio vetustatis. Hoc ille sibi fabrefecit Gymnasiũ ad exercendam pietatem, hic sacris operatus est, omnia quæ habuit pauperibus impendit, calcauit terrena, vt cœlum teneret. multa quidem multis dilargitus, sed plura oino & meliora adeptus.

De diuo Nicolao.

PAri pietate censendus, doctrina licet & dignitate minor Nicolaus Pataræus Smyrnæ antistes. qui amplum patrimoniũ per manus a patre acceptum, pauperibus & egenis distribuit. in quo illud eximiũ atq; omni æuo memorabile tantũ auri alienę domui occulte intulit, vt trium filiaꝝ pater, qui inuitus ob inopiã

inuitas prostituerat, auri abundans factus, honesto puellas matrimonio locarit fuit hoc non solum inopię consulere, sed muliebri etiã pudori. cuius iactura est omni egestate calamitosior.

De Benedicto abbate.

MIssus Romã ex Nursia studiorꝫ causa a parentibus Benedictus monasticæ vitæ ex Christianis primus author, vrbem illecebrarũ plenam cũ studijs reliquit. in solitudine esse maluit, q̃ cũ terrenæ sapientiæ affectatoribus desipere. eius familia hodie late patet cœlestiũ cõteplatrix magis, q̃ studiorũ cultrix. sunt & hęc curæ eorũ plerisq;. verũ magis se ꝑficere autumant in fruenda luce, q̃ quærenda.

De Diuo Gallicano.

FAcile est priuatæ fortunæ renuntiare, sed ab honorũ fastigio culmineq; diuitiarũ sponte decedere, arduũ & difficile. in quo genere non paruã consecutus est laudem Gallicanus. qui Romani dux exercitus post Thraces, Dacos, & Scythas bello domitos, Constantiã Constantini principis filiã sibi matrimonio locatam ac bene conuenientem, cũ immensis opibus reliquit, Christianæ pietatis cultũ complexus. Desijt itaq; Cæsaris gener esse, factus est Christi miles. fuitq; illi multo salubrius cœlesti militiæ subesse, q̃ Romanæ præesse.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

FVerunt & in prophanis gentibus sed oppido pauci, qui non tam pietatis studio, q̃ doctrinarum & honesti cupiditate, diuitias, quas cæteri tantopere sitiunt, fortiter contempserint.

De Democrito physico.

SEd nullus maiore animo id fecit q̃ Democritus. qui non modo cætera aspernatus, sed luminibus etiã se priuauit, vt intentius omnia contemplaret. dignus sane qui plus vnus viderit, q̃ vniuersa Græcia. nihil est in toto opificio naturę de quo (vt præclare de eo scribitur) non fuerit illi curæ scribere.

De Anaxagora.

MAgnum & Anaxagoræ exemplũ. Qui sapientiæ amore captus vt expeditior ad eam accederet, campestre prædium ad compascui vsum suis reliquit ciuibus. cætera domesticis partitus est. & ille hoc affectu ad philosophandũ fecit sibi aditum. estq; facile expertus sublimi vir ingenio, nihil his quæ contempserat sibi opus fuisse, vt prædicere posset quando saxũ esset e cœlo casurũ. Rogatus hic idem aliquãdo ad q̃d natus esset. vt cœlũ inquit spectem. de patria appellatus, ceu parum hæc foret ei curæ, immo hanc curo respondit, digitum cœlo intendens.

De Phocione Atheniensi.

PHocion Atheniensis vir oim optimus, nihil oino habuit, & q̃d plus certe fuit nihil habere voluit. misit illi dono Alexander ex Persica gaza bello parta magnũ auri pondus. tũ Phocionijs qui id attulerant, dicite inq̃t quid secutus Rex vester me vnũ ex oibus Atheniensibus dignũ tali iudicauit munere? rñsum est, quoniã te oim græcoꝝ optimũ arbitraf. sinite igiť me eũ esse inquit Phocion quẽ ille autumat. Credidit homo cõtinentiæ amicus, nec bonũ esse viꝝ nec haberi oportere eũ, cui in libera ciuitate nato, regiũ sit aurum curæ. Magnus quidẽ Alexander, sed Phocion maior q cũ pauꝑ esset, tantũ munus cũ muneris authore cõtempserit.

De Curio & Fabritio.

QVid Curius & Fabritius? (nã Ro. ciuitas huiusmodi abũdat exemplis) qua eos indole, qua continentia fuisse credi æquũ est? quo hic Pyrrhi aurum cũ parte regni, ille pretiosissima Samnitũ munera aspernatus est, vterq; paruo contentus. his sane moribus creuit Romana ciuitas, luxuria & auaritia concidit.

De Valerio Publicola.

TEr ex hostibus victis triumphauit Valerius Publicola. fuit idem Romanæ libertatis vindex. Cæterum tam pauper decessit, vt publico sit sumptu funeratus, quoniam domestico non potuit. indubitato argumento reipub. domi forisq; continenter & sancte administratæ.

De Paulo Aemilio.

QVantus demũ in Aemilio Paulo diuitiarũ contemptus, quanta in imperio fuit abstinentia? Aurum Persi Macedonũ regis a se victi, & quem ante currum egit, non modo non attigit, sed ne videre quidem voluit. nullo vnq̃ bello maior ex hoste præda parta est. Nullus imperator maius continentiæ præbuit exemplum. voluit vir continentissimus nõ solum sine crimine esse, sed abesse etiã ab omni suspitione criminis, quod illi, nisi oculis temperasset, vix cõtingere potuisset.

DE SOLITARIA VITA CAP. II.

NIhil est aĩoꝝ meditationi tam aptũ q̃ solitudo, hoc secuti videre possunt hi qui in solitudinem cõcessere præcipue, non q̃d hoim societatẽ effugerint. Nulli hoim innocentius vixere, nulli magis cœlo familiares.

De Helia propheta.

HElias prophetarum vnus in solitudine ad torrentem Charith, circa Iordanẽ fluuium coruorum ministerio cibatus est.

De Io. Zachariæ filio.

IN eremo Io. Zacharię filius clamare & testari diu non destitit, vt pararent hoĩes viã Christo, rectas facerent eius semitas. per quæ oĩm qui omni memoria fuerũt post cũ cui parabat viam, iustitia & sanctitate princeps iudicatus est.

De Paulo eremita.

VNus Paulus thebæus inuitus videri potest solitudinem petijsse. qui Decij & Valeriani sæuitiam fugiens, sedecim annos natus e medio excessit. fuit mox annos septem & nonaginta in eremo, quantũ aliorum nemo. speluncam habuit in inferiore Thebaide. palmarum fructus ab initio esitauit. annos dein sexaginta dimidiatũ panem quotidie illi coruus ministrauit. aquam bibit, nudum alioqui corpus palmacea texit tunica. nunq̃ post discessum hominem vidit præter Antoniũ, qui supremo vitæ die illi affuit prouidentia vt credere par est, non casu.

De Antonio Abbate.

FVit in hoc qui Paulũ sepelijt, maior quædam a principio solitudinis cupiditas, quippe qui sponte sua nõ metu subactus, in eremũ ꝓfectus vicenos annos abfuit pane et aqua cõtentus. fit inde abbas. sed cũ locus indies magis celebrareť multitudinẽ ꝑsus, in desertum remigrauit, tenuitq; locũ qui e cœlo est illi designatus.

De Hilarione.

HIlarion a prima adolescẽtia deserta Syrię ingressus, q̃driennio pluuias & oẽm cœli intẽperiẽ arctissimo a se tugurio arcuit, iunco & caricibus cõtexto. inde denos annos arcta pressaq; vsus est cellula, sepulchro multo q̃ domicilio ꝓpiore.

De Onophrio Anachoreta.

EST & Onophrij solitudo ad posteros nobilitata. is monasterio digressus adeo in deserta & deuia sese illatebrauit, vt sexaginta annos nunq̃ hominem viderit. promissior capillus vestiebat superiora corporis, vestiebat & barba, verenda folijs & arborum cortice tegebantur. Terdenos annos herbis & siluestri bacca vixit. meruit austeritas vitæ premio leuari, cœlestisq; nuntij. extremis tẽporibus panis dimidiatus & aqua superne aderant quoties a ieiunio reficiebatur. Pasnuphius abbas in eam solitudinẽ progressus semiferũ se hoiem videre ratus, extimuit primo eius congressum, inde benigne affatus, ac mox paulo q̃ viderat, sepelijt.

De diuo Hieronymo.

FERunt Hieronymũ Stridonensem Christianæ pietatis lumen & propugnaculum ingens, dicere solitum oppida, & vrbes, videri sibi tetros carceres, solitudinem paradisum. putes eũ sensisse quæ dixerit. quippe qui retorridum Syriæ solum scorpionibus, & feris infestũ sacco amictus, humi cubans, aqua & herbis victitans, Romanis prætulit delitijs.

De Maria Magdalena.

SVnt & fœminis sua exempla. Magdalena Lazari soror triginta annos in eremo fuit, nec interim hoiem vidit aut ipsa ab vllo visa est, cibus illi nõ humanus, sed cœlestis eoq; suauior quo maiore gratia datus & acceptus.

De Maria Aegyptiaca.

PAri profectu nobilitata est Aegyptiacæ mulieris solitudo, huius nũc dictæ cognominis. visa est mulier olim vulgati corporis, sed quæ postea in solitudinẽ abijt, a Zozimo viro sanctitate insigni, dũ forte orationi esset intenta, sublimis a terra siccis plantis Iordanem transgredi. Res mira & omni æuo memoranda. sublimi incessu fertur eremi cultrix, quæ cum prostaret, vix a terra ferebatur.

DE EXTERNIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Timone.

EST & ab alijs gentibus solitudo decreto petita, sed vt a pietatis cultoribus vno dumtaxat consilio, & ob id ad pfectũ maxime idoneo, ita illis nõ vna oibus fuit causa e medio discedendi. Enimuero Timon ille Atheniẽsis nõ religione, nõ cœlestiũ rerũ indagine adductus, sol⁹ esse voluit, sed prauo q̃dã affectu rigoreq; naturę, omni hoim cõmercio sibiipsi interdicto. is domiciliũ sibi in agro Attico parauit, vt hoim cõgressum fugeret. vixq; vnus Atheniensiũ Pœant⁹ ab eo admittebat̃, qui cũ sup cœnã iocul ariter dixisset, nõne satis pulchrũ hoc cõuiuiũ Timõ? Pulchrũ q̃dem rñdit, sed adhuc pulchrius futurũ si Pœantus nõ adesset.

De Heracleto Ephesio.

HEracletus Ephesius vir magno alioqui ingenio, suorũ ciuiũ tedio ad phanum Dianæ primo secessit. vbi aliq̃n irrisus quod cũ filijs luderet Astragalis, malo hoc inquit. nã vtilius est id facere q̃ rempu. vobiscũ administrare. abijt inde hoim odio in montes, herbarũ & aquæ victu contentus, ferarũ ritu soliuagus.

De Diogene Cynico.

HAbitauit Sinopæus Diogenes in Cranio extra Corinthũ. qui tametsi studijs otiũ quæsiuisse videri potest, declinauit tñ sedulo hoim congressum, pallioq; & pera cõtentus, sic q̃q; fœlicissimus ab Alexandro rege iudicatus, q eũ in Cranio

vidit, vt Diogenē se esse optarit, nisi Alexander esset. ipse cynicus haud dubie regem multo se inferiorē iudicauit, cui ad se venienti ne assurrexit quidem.

De Numa Pompilio.

NVma Pompilius priuatus adhuc in agris plurimū fuisse tradit, deorum lucis & nemoribus inambulans, oīs humani cultus negligens, procul ab omni cōcilio conuentuq; mortaliū agens. vnde opinio illa orta, familiariter eū Egeria esse vsum Nympha. non itaq; odium hominū, sed religio quædā discendiq; cura secretum illud Pompilio peperit, virtutis opinio regnum astruxit.

De Antonio Triumuiro.

SEd q̄ honestam Numa Pompilius habuit causam, tam calamitosam & pudendam Antonius, qui Triumuir cum Lepido & Octauio fuit. is actiaca clade fractus, posteaq̄ in Aegyptum reuersus est, tedio & pudore præsentiū rerum Timonis vitam sibi instituit, solus extra Alexandriam victurus, sed Cleopatræ illecebræ breui ab eiusmodi vitæ instituto reuocarunt.

DE VIGILIIS, SOMNO ET STRATO. CAP. III.

SOmnus mortis frater est, vt Hesiodus & Homerus scribunt, stygiæ paludis amator. oīa in eo dira præter quietem, quæ nisi & ipsa modū teneat, nō tam suauis est & blanda lassis, q̄ eam longius fouentibus tristis & calamitosa.

De Euagrio Abbate.

HAec ne longior suis fratribus contingeret, auerteretq; mentem a cultu pietatis ad voluptatem, in eremo cui Euagrius abbas præfuit, oēs qui in eo fuere, sedentes quietem capiebant. certo quodam instituto, vt multo verius filij lucis dici potuerint, q̄ tenebrarum.

De Hilarione & Anachoretis quibusdam.

HIlarion in eremo nuda humo stratoq; iunceo quoad vixit, quietis causa decubuit. Dassumio nuda terræ facies lecti vsum præbuit in solitudine agenti, nō nunq̄ etiam muricibus substrata. Onophrius nec tectum habuit vllum, nec certum in quo consisteret locum, vbi nox eum diuinis vacantem oppressisset, pro lecto tugurioq; fuit illi locus.

De Diuo Arsenio.

AGe nunc & q̄ parcus somni fuisse videri pōt Arsenius diuinarū rerū studio & ob eā rem nō indignus qui in diuorū fuerit numerū relatus. Solitus dicere est, satis videri oportere monacho si vna ad quietē hora contingeret.

De Bernardo Abbate.

NEc multum huic absimilis Bernardi abbatis vox illa, dormientem monachū deo mortuū affirmantis. & illud quidem huius est. parū religiose monachū dormire, cuius quiescentis stertitus audiretur.

De Germano & Martino Antistitibus.

NIsi idem persuasum habuissent Germanus Antisiodorensis, & Martinus Turonensis, nunq̄ hic sibi lectum cilicio strauisset, ille cinere & sacco. non lectū sed luctū dicerem vbi iacentis suspiria & gemitus, nō ronchi exaudirent. Difficilis est terrā spectantibus via, quæ ad cœlū ducit, sublimia petentibus prona & facilis.

De Diuo Innocentio.

DOcebit Innocentius ex Calagoritani Dominici familia passim, cultū pietatis Euāgelico testimonio, verū diurno labore fessus farmētis lassum corpus ad altam noctē reclinabat. sed cū mollius vellet, paleas sufternebat, cū mollissi(me facctū.

De Diuo Bernardino.

DVrius adhuc asperiusq; Bernardinus Senēsis Francisci Assisiatis abstinentiæ & laboris nō minus æmulus q̄ professionis cultor, nudo pauimento vt erat tunica amictus quietē capiebat. tantūq; interim aberat vt culcitrā aut vestem stragulam desyderaret, vt lectū etiā nomen tanq̄ dirū & exitiale auersaret.

De Paula Ro. muliere.

VEndicat & muliebris pietas in hac relatione sibi locū. Paula Ro. mulier patricia domo orta clarisq; natalibus, lumen verę pietatis complexa, vel cū febre laboraret, humi in cilicinis stragulis affectum corpus reclinabat.

De Othilia.

NEc minus tetrice Othilia corpus afflixit, vrsina pelle pro stragula vsa, p pului no, muricoso lapide. Monasterij hæc quod in Bauaris visebat montibus sacerdos fuit maxima, sed sororū omniū abiectissima & esse & videri voluit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Diogene.

FVerunt Ethnicorū plerięq, somni & quietis parcissimi, q̄ omnē voluptatis illecebrā aspernati, per laborē & continentiā vitam transegerūt. sed hi non cœlestiū affectu vt nostri, sed sapientiæ studio, aut Reip. causa seueriori se se addixerunt vitæ. Enimuero Quid Sinopæo illo Diogene aut cultu neglectius? aut victu despicatius? aut cubatu durius habuit vnq̄ vita hominū? pallio dūtaxat vno vsus est, cætera nudus, oleribus & pane contentus. humi iacens somnū capiebat, aut cū mollius, in dolio, deditq; hæc ille nō pietati, sed naturæ ad quā omnia referebat. quicquid illa posceret, id ius fasq; esse ratus.

De Aristotele Stagirite.

TAntū absfuit vt Aristoteles excellenti vir ingenio, somno & quieti indulserit, vt nocturnis lucubrationibus ęnea pila vsus dicat. cui altera manu cōpressa labrū subij ciebat, vt si longa vigilia fatigatus obdormisset, strepitu cadentis pilę expgisceret. pulchrū hoc & cōducibile, qa disciplinarū studijs datū, sed multo id pulchrius & ad salutē aptius, si puigiliū illud sibi cœlestiū rerū meditatio vendicasset.

De Annibale Barchino.

CVbabat humi Barchinus Annibal adolescens adhuc, inter stationes militum quanq̄ imperatoris filius, militari sagulo coopertus. Verū durior ille cubatus nō ad pietatem, sed ad futurā feritatem. non ad continentiā, sed sęuitiam spectabat, non pietas illi curæ esse, sed imanitas. vt satius fuerit ei dormire, q̄ per hæc bellum, sibi & patriæ calamitosum meditari.

De Scipione Africano.

NEc maiori Africano tā pietas curæ fuit, q̄ ciuiū de se opinio, cū antelucanis horis adolescens Capitoliū ascendebat, assidebatq; solus Ioui vel verius dæmoni, futuras hostiū strages & excidiū Carthaginis animo versans.

De Endymione.

ENdymionis pernox cura res vetustior est & poetarũ fabulis adumbrata, fuit tamen syderis obseruatio illa, nõ pietatis. rei creatę, nõ creatoris cura.

De Prometheo.

TAlis quidem & promethei cruciatus obscura verborum ambage ad posteros traditus, ridet Caucasus mons Græcorũ mendacia, ridet & Latmius, alienæ curæ & non supplicĳ vterq; testis.

DE VARIO PRECANDI RITV. CAP. IIII.

De Mose.

IAcuit Moses quadraginta diebus noctibusq; ad conspectũ numinis pstratus vnũ identidẽ petens, ne pplus quẽ in libertatẽ vindicasset, qa alienigena cultu aberrasset, excidio dederet. magna & lõga qdem depcatio sed affectus maior, p quẽ tanta vis mortaliũ alioqui peritura vnius fuerit pcibus condonata.

De Dauide rege.

DAuid rex septies interdiu preces ad deum fundebat. quem canonicis horis numerũ militaris repræsentat ecclesia. nec prophetarum ille summus tantũ credidit opus esse precibus, sed deprecandi numinis etiam formã demonstrauit. deprecatus sum inquit toto corde meo. cætera suum habet carmen.

De Solomone.

IMitatus est Solomon paternæ pietatis & sapientiæ hęres, vehemens precũ genus in patre, precatus sum dixit deum omnibus præcordĳs meis. toto eñ corde rogandus est. toto diligendus.

De Daniele propheta.

EX cœnaculo desyderiorũ vir Daniel fenestris ea parte petẽtibus qua Hierosolymis erat obuersum, ter q̃tidie statis horis genua demittens, cœli numen adorauit.

De Tobia, & Filio.

TObias lachrymis lucem quã amiserat, recuperauit. cuius filius paterno nomine tris dies noctesq; cum coniuge in diuinis perseuerauit, coniugali thoro operã daturus. is quia periculo seruatus esset, ille quod visum recepisset in faciem procumbentes, tris horas prostrati iacuerunt, deo seruatori pie gratulati.

De Christo.

CHristus rex & doctor humani generis, spem, fidẽ charitatẽ tribuit rite pcanti exemplo præterea docuit quo statu sit corporis supplicandũ. siquidem nunc procidens in faciem, nunc flexis genibus patrẽ adorauit, vt euangelica prodit historia. signauit & locum, notũ est illud. Domus mea domus orationis vocabitur. Vesperi ad hæc, ne tempus in dubium veniret, montem cõscendit, vbi ad lucẽ perpeti oratione, perseueranti, præcepit sapientia illa cœlestis optima quæq;, & quæ præcepit, suo exemplo confirmauit.

De Bartholomęo apostolo.

BArtholomęus qui huius fuit discipulus centies quotidie submittens genua adorabat. nec minus frequens nocturnis supplicabat horis, quem precandi modum Apollonius abbas postea præclare retulit.

De Isaacho Syro.

PEregre olim venisse fertur Spoletum in Vmbriã Isaachus Syrus ab initio monachus, abbas deinde factus, impetratoq; ad preces emittendas loco, totum

triduũ genibus innixus in pcatione pseuerauit,& vt res erat difficilior opinatu,eo suspectior esse cœpit spectantibus.ceu igit̃ sanctitatis ostentator,nõ deprecator, p cussus est a quodam cõtemptim, nec cœlestis vltio multũ dilata est.sed confestim pcussor a dæmonibus exagitari ceptus est haud dubie periclitaturus, nisi os illud quod impia nuper manus perstrinxerat, tempestiua precatione auxilio affuisset.

De Anna Helcanæ.

ANna Helcanæ vxor immodico numinis adorandi ardore,vt temulenta & insana in templo increpita est a sacerdote.

De Altera Anna.

FVit altera huius nois mulier in eadẽ gente sanctitate insignis, viduę cognomine a priore discreta.hęc nũq̃ tẽplo egressa est ieiunio & pcibus idefesse opata.

De Sarra Rhaguelis.

ET totum triduum Sarra Rhaguelis filia perpeti precatione consumpsit cœnaculo inclusa. quo pietatis affectu post multa virorum funera, stabile & mansurum connubium sortiri merita est.

De Deipara Virgine.

SEd quo te ore referã ingens cœli decus,spes labentiũ Deipara virgo? Cuius vitã nullus vnq̃ satis laudare potuit,ferũt te postea q̃ ad templũ tenera adhuc ætate ducta es,a prima luce ad horam tertiã diei precari solitã, inde ad meridiẽ honeste & ingenue,puellare aliq̃d opus obire,atq; id feriũ & conducibile,mox reliquũ diei diuinaꝝ lraꝝ lectioni sedulo impendisse, ita vt cũ rite sancteq; cœlestia curares,humana non oino despiceres,Marthæ & sororis vtrũq; munus cõplexa.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De Anchise.

ANchises,vt poetica fides his adijciatur,ostento cõmotus quod circa Ascanium fieri contigit, nocte illa qua Ilium est a græcis excisum, Iouem precaturus manus & oculos ad cœlum extulit.

De Aenea.

AEneas huius filius.in templo Delij Apollinis cũ his qui aderant in terrã procubuit.cæterũ in Creta noctu apud deos penates patriũ morem imitatus,supinas manus & oculorũ aciem in cœlum ablegauit deos rogaturus.

De Didone.

NEc Dido vno orasse modo traditur.quippe quæ hospitalem Iouẽ propitiatura vinũ leuiter libauit,mox alibi aram tenens manibus orationem peregit.

De Ro.mulieribus.

ACcidit sæpius vt Ro.rebus bello accisis cũ nouus terror ab hostibus ĩpenderet. Ro. mulieres pacẽ maloꝝ petituræ, solutis crinibus tẽploꝝ pauimenta verrerẽt.

De Africano maiore.

SCipio,qui primus tulit Africani cognomen, noctu capitoliũ solus ascendebat, adoraturus deos, vt vero quidam autumant Iouem consulturus. in quo subit illa reputatio admiratione digna, nunq̃ eum tametsi antelucanus locum adiret, a canibus arcis custodibus allatratum.

DE PRECVM EFFECTV. CAP. V.

De Mose.

FVit igit̃ precandi numinis ratio nõ vna in oibus. nunc eius rei effectus dicẽdi, vt ex eo intelligi possit, voces, & vota hoim a summo vsq; cœlo exaudiri. extantq; virtutis huius tã multa q̃ varia exempla, vt in nulla sui parte plus se miret̃ humana pietas. Iam eñ vel ex hoc q̃d dixi, satis exploratũ est cœli numen hoim preces nõ aspnari, si pio ore ꝓficiscant̃, esseq; oino ꝓuidentiã cui mortalia hæc curæ sint. siquidẽ Mose precante, paucis diebus vniuersa Aegyptus varijs est cladibus affecta, rursus p̃sentibus malis sæpius leuata eo deprecante. vt tum maxime credi possit, cœlũ & quicquid in cœlo est numinis, vnius viri precibus vacasse, vt gens vna veræ pietatis cultrix in libertatem assereretur.

De eodem Mose.

EOdem p̃cante tollẽteq; ad cœlũ manus, Israelitæ acie dimicãtes nihil obscure meliores fieri, ꝓsperiusq; pugnare, cõtra interpolata p̃catione haud dubie succũbere alienis. Itaq; innixus vlnis dux pientissimus pepit suis victoriã ꝑpetuo supplicatu.

De Helia propheta.

TRis annos & menses sex, nunq̃ e cœlo pluit Heliæ precibus. elicuit idẽ precando tam salubrem q̃ optatũ imbrem, q̃d cœlestis illa flãma in auxiliũ non in vltionẽ implorata, qua omnes ad prophetam violandũ ab Ochozia missi atrociter extincti sunt: estq; simul Helias seruatus, simulq; & pietas vindicata.

De eodem, & Heliseo.

IOrdanis aquã (quando circa oim fluuiorum vnum non vna miraculorũ species inclaruit) idem Helias pallij iniectu sibi & Heliseo parere præter naturæ ordinẽ docuit, dum pedibus ab vna ripa ad alteram peruadunt.

De Heliseo propheta.

APud Hiericuntẽ letiferæ fons aquæ Helisei p̃cibus salubris est factus. sterilitas in feracitatẽ versa. ferrea securis in Iordane fluitauit, defunctus reuixit. tãto vox senis vnius fatidici, q̃ cæterorũ fuit hominũ cœlo acceptior.

De Iosue Duce.

NEc piorum fuit quisq̃ omni hominũ memoria audacioris voti fidens, aut impetrati magis compos, q̃ Iosue Israelitici dux populi. cuius precibus Sol & Luna atq; ipse adeo mundus stetit imobilis. diuinæ literæ indicant non antea post ue longiorem diem terris affulsisse.

De Ezechia rege.

FVit Ezechiæ p̃catio euentu memorabilis. qua cœlo recepta. c.lxxx. millia Assyriorũ in Senacherib castris sunt nocte vna diuinitus percussa.

De Iuda Machabeo.

QVin & Machabęi Iudæ nõ tam bellica virtus (quanq̃ ingens in eo fuit) q̃ precũ vis (vt credere æquũ est) toties de hostibus triumphauit. nemo eñ supra vires tam prospere pugnauit vnq̃. quod sine numinis fauore nulli contingere potuisset. nunq̃ humana vis maior est, q̃ cũ dei virtus homini accesserit.

De Iona propheta.

POtest sane mysticũ videri q̃d in Iona propheta euenisse ꝓditũ est. Cæterũ marinæ belug̨ visceribus receptus, cœli numen inuocauit, & seruatus est.

De Christi apostolis.

SEd quid attinet tam vetera consectari? sunt eñ & recentiora exempla. Nullus

ere christi apostolus fuit qui non precum virtute mortuos suscitarit, aut similia sit opatus, numine pcibus exorato. sic & qui martyres dicti sunt. sic oēs qui diuorꝝ numero ascribunt. vt in nulla re alia indulgentius cœli numē humanā fouerit pietatem, nihil in quo piorum sanctitas sit & meritū magis illustratum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De Romulo.

SVnt & extrariis gentibus aliqua exēploꝝ documenta ad hoc ptinentia, sed hæc ipsa maloꝝ dæmonū præsagiis pmissuꝗ verius, ꝗ nutu numinis ædita Romulus Sabino bello ꝗd circa capitoliū Palatiumꝗ gestum est, cū turpem suoꝝ fugam ꝗdam plio sistere nō posset, Statori Ioui ędem voto nūcupauit si fugientibus suis metū ademisset, sisteretꝗ Romanū aduersus hostē q a tergo victor instabat, vix bene pces effuderat, atꝗ illico factus est voti cōpos. restituta eñ acie nō tantū æquata est pugna, sed ad Curtiū vsꝗ lacū Sabin⁹ q victoria exultabat, est cū cæde & strage repulsus.

De Numa Pompilio.

QVid Numa (successit is Romulo ex Curibus Sabinis in regnū accersitus) ꝗ efficax illius precatio, aut ꝗ audax, quæ e cœlo Iouem elicuit, vel certe elici posse arbitrata est: res (ꝗd satis constat) non solum credita, sed ab aliis etiā tentata, Tullus eñ Hostilius, qui post illum regno potitus est, quia parū scite id sacrum obiisset, cum tota domo fulminis est igne concrematus.

De Tullo Hostilio.

POtuit Tullus mitiore pcatione cōtentus esse, vel quali Fidenati bello fuit vsus qui cū ad Tyberis & Anienis confluentē in Fidenates & Veientes aciē direxisset, cognita albanoꝝ ad hostes defectione. xii. Salios vouit Marti. extititꝗ cōfestim victor exercitus q, p victo iure habebat, iā spe & viribus ipar hostibus factus.

De duobus Deciis.

AT vero in nulla magis parte precationū vis euidētius apparuit, ꝗ in Deciorū deuotione, quorū vterꝗ patriæ victoriā occasu suo peperit. pater siquidē ad Veserim Campanię, Latinū hostem iam victorię iminentem vincendū mirabiliter præbuit suis. filius in Sentinati Gallū & Samnitē Ethruscis additis occidione occidendū collegę Fabio reliquit. Cæterū aut nihil, aut perꝗ parū patris filiiꝗ deuotio ad victoriā contulisse videri poterat, ni Pontificū solennes precationes adiectę essent, secundū quas formido & fuga est hostibus iniecta, Romano victoria parta.

De Tuccia Vestali.

MAius adhuc pietatis imitamentū (nam pietatem quis dixerit malorū dæmonum cultū) in Tuccia & ipsa quidem vestali extitit, dubiū maior fœminæ in eo fiducia, an dęmonū obsequiū. iussa dicere causam, crimenꝗ diluere, quod ab accusatore intendebatur, Vestam precata est, vt si caste sanctéꝗ eius sacris ad id tempus operā dedisset, propositū teneret. hoc tantū precata est. simulꝗ ad ripā fluminis progressa multis comitātibus, vt rei euentū cognoscerent, cribrū fluuiali aqua plenum ad Pontificū conspectum (quorū ea cognitio erat) detulit, adiiciunt huic miraculo, accusatorem attente requisitum nusꝗ apparuisse amplius.

De Claudia Vestali.

PAri miraculo illustrata Claudia, eiusdem cærimoniæ cultrix. cuius liberior vita cum calumniam incurrisset, vt eam hoim animis opinionem magno aliquo

testimonio eximeret,facinus adorta est plus admirationis q̃ fidei ad posteros habi turũ.nauem qua deorꝫ mater vehebaẽ,Tiberino vado hærentẽ,Vestam prius sup pliciter precata,cingulo alligat.mox eam remolita est,traxitq; aduerso flumine,q̃d pars Ro.ciuitatis post multos & varios conatus nequierat.

De Muliebri Fortuna.

QVæ de muliebris Fortunę & Iunonis reginę affatu ꝓdita sunt lr̃is,magis spe ciosis sunt decora fabulis,q̃ q̃d facile fidẽ inueniãt.cęterũ in quęcunq; euen tũ relata sunt,circũfusę multitudinis p̃cibus malos dęmones affuisse credere ęquũ est,ad quorꝫ p̃stigias oĩa,quæ altera parte huius capitis cõtinenẽ,merito referunẽ.

DE CONTEMPLATIONE ET MEDITATIONE SOLITARIA. CAP. VI.

De Mose.

MOses ꝓphetarꝫ oĩm cũ vetustate,tũ sapientia princeps,dũ diuina intẽti us cõtemplaẽ,rimaẽq; vniuersi originẽ,ptinaci cura assecutus est q̃ de mũdi origine,& ꝓxia originibus scripsit.nescius magis pie an fœliciter est eñ pars hoim illi multo maxĩa in re nõ parua ꝑpetuo cõsensu astipu lata.

De Dauide Rege.

FVit hic (cuius nunc memini) eorũ quæ p̃cesserant supra q̃ dici possit mirificus author,sed tã mehercule nec minus Dauid rex futurorũ p̃scius. arguit plane sa tidicã eius mentẽ non vnius carminis ex multis milibus quæ scripsit indubitatus euentus.cæterꝫ quod ad cœlestiũ curã attinet,quantũ intentiore meditatione ꝓspe cerit vel vnũ carmen pręclare significat,manifestasti inquit mihi incerta & occulta sapientiæ tuæ,cum interim ille cœli numen alloquereẽ.

De Petro apostolo.

AScendit cœnaculũ Petrus Bariona ad horã sextã diei, spectãsq; sursum ꝓsus p̃cabundus,apparuit ei in cœlo casma in q̃ vas imaginatus est se videre fœ dis alioq aĩalibus refertũ,sed q̃ deus expiasse dicereẽ, arbitrati sunt diuinarũ rerum interp̃tes ad Barione munus id ptinere,p quẽ humanę gentes q̃ in malorũ dæmo nũ mancipio tũc essent,euangelica p̃dicatione in gremiũ nascentis ecclĩæ accerse renẽ.

De Paulo apostolo.

PAulus Tarsensis,qui difficile dictu est, acrior ne fuerit ab initio christianæ ho stis fidei,an vindex postea & assertor,dum ptinaci & intentissimo conatu cœ lestia rimaẽ,ad tertiũ vsq; cœlum animo & mente raptus est, dubium an & corpo re,vidit(quod satis constat)quæ ne fari quidẽ licet homini,ne dũ cernere.

De Io.Euangelista.

QVam sagax ad hæc fuisse credenda est,q̃ cœlo ꝓpius admota meditatio illa Pathmica Io.Zebedei filij.p quã & videre potuit & audire totũ illud arca nũ in Apocalypseos librũ congestũ, opus arduũ,sublime,aditu difficile, ac Delio natatore dignũ.

De Aurelio Augustino.

ADijt mulier quædã obscuri nois,Aureliũ Augustinũ in secreto sedentem,cæ terũ profundæ meditationi intentũ.stetit illa corã de re (vt credere æquũ est) graui ac seria, piũ sapientẽq; antistitẽ consultura,ac nõ nihil effata,quoniã nullum dabaẽ rñsum ad ea quę dicebanẽ,incõsulta abijt,sibi & antistiti irata,suã credere hu militatẽ contẽptui fuisse.postridie reuersa incidit in eũ sacris opantẽ.cęterũ spiritu

abrepta, visa est sibi cernere Augustinũ de trinitate differentem, ac sibi arcana voce doceri se arbitrata est, nõ neglectã fuisse se ab hũanissimo antistite, sed nõ animad (uersam.

De Thoma Aquinate.

QVid Thomas Chrĩanæ pietatis ꝓpugnaculũ, assertorq; veritatis acerrimus an cũ multum diuq; anio penderet, impensiusq; diuinã contemplaret̃ naturam, nõ mirifice attolli librariq; supra terrã cubitali altitudine obseruatus est? Sequebat̃ corpus tametsi graue & onerosum, potiorẽ hoĩs partem, q̃ cœlo amica est.

De Francisco Asisiate.

SEd vix vllius vnq̃ hoĩs contemplatio maiorẽ sortita fuit effectũ q̃ Francisci Assisiatis, qui dominicæ passionis argumenta, quæ animo inscripserat, manibus & pedibus repræsentata cũ lateris stigmate insigniter tulit.

De Maria Magdalene.

MIra hęc, sed q̃ de Magdalene fœmina imprimis memorabili ꝓdita sunt literis maioris adhuc admirationis, hãc in solitudine stantẽ q̃tidie statis horis angelorũ ministerio in cœlũ attolli solitã, cõmoratãq; ibi diutius q̃ mortalitatis necessitas pateret.

De Maria Aegyptiaca.

ALtera huius nois mulier cognomẽto Aegyptiaca, cuius vitæ mollitiẽ fregit eremi aspitas, cubitali altitudine inter precandũ sublimis a terra in vacuo pẽdere visa est.

De Helisabethe regis filia.

HElisabeth a rege orta, abalienata mente statuæ similis stare solita est diu immobilis, cum intentius preces funderet.

De Clara diui Francisci sorore.

IAcuit a cœna domini ad resurrectionis diem defectę similis Clara Francisci Assisiatis soror, dum totũ crucis schœma altius contemplat̃. Cæteꝝ ad se reuersa visa sibi est ne horam quidem vnam quieuisse.

DE ETHNICIS. ET PRIMVM

De Homero.

MVltũ ab his diuersa, & ob id fortasse minus memorabilis ꝓuetus illa animi intentio cui Homerus vates imortuus est. qui cũ ridiculã quęstionẽ ac ꝓfecto indignã quæ argumenti fœditate referat̃, a piscatoribus sibi ꝓpositã soluere nequisset, saxo sedens secus mare, siue nimia attentione rei indagandæ, siue dolore nõ repertæ, animã (quod satis cõstat) efflauit, magno humanæ caliginis documento, vt ingeniorũ lux sordidorũ sit hoĩm ludibrio extincta.

De Hermotimo Clazomenio.

EOdem intentionis affectu accidisse credibile est, q̃d Hermotimi Clazomenij anima relicto corpore sit sæpius errare solita, ac velut pegre reuersa nuntiare q̃ nisi a pñtibus cognosci nõ potuissent. fuitq; ille p hæc diu admirationi multis, donec cremato ab eius inimicis cadauere, remeanti sit aiæ velut domiciliũ ademptũ.

De Prometheo.

ET ne poetis in vniuersum authoritas abroget̃, Caucasea rupes & Aquila lancinatrix iecinorũ, Endymionisq; inter Latmia saxa euigilatus amor, q̃d aliud sibi volunt q̃ imodicã ꝓpetuãq; hoĩm curã, multoq; honestiorẽ q̃ poetæ fabulati sunt.

De Numa rege.

NOtior Numæ Romani regis fama peruigil sacrorũ cura, quæ tam religiosos

illi ingessit affectus, vt dearũ cõgressu sibi frui videret, cũ secretũ sortitus esset, aut certe ipse ita videri voluit, vt quicqd ex illa solitudine manasset, sanctũ & inuiolabile haberet.

De Epimenide Cretensi.

MEditatus ne sit, an ppetuo somno pressus iacuerit Epimenides Gnosius siue Phestius, in dubiũ venire põt. q septem & quinquaginta annos latuit, tamet si em scriptorũ vulgus ad somnũ inclinat, nemo tamen dormiendo sapientior est factus vnq̃, nisi vulgare de Hesiodo opinioni qs temere accedat. Epimenides (q̃d nemo inficiat) diuinarum fuit humanarũq; rerum scientissimus, nam & Cylonium expiauit scelus, & Solonem iuuit leges suis scribentem ciuibus.

De Pythagora Samio.

QVid tam altis immersus tenebris egerit Pythagoras qui p annũ sub terra fuit, possit iure dubitari, sed meditationem illã non somnũ fuisse credere par est. quæ mentis agitatio vt intentior sibi contingeret, oculorũ lucem, qua nihil est homini charius, cũ perpetuis tenebris Democritus Abderites cõmutauit.

DE LECTIONIS DELECTV, ET LEGENDI RATIONE. CAP. VII.

De Aurelio Augustino.

QValis rerũ lectio, talis legentiũ, pfectus, non tã multa legẽda sunt, q̃ vtilia diu multumq;. Aurelius Augustinus inter dialecticos Sophistas verũ indagauit, sed non solũ non id est adeptus, sed longe aberrans in Manicheũ incidit deliriũ nec a tam graui lapsu prius vindicari cõtigit, q̃ Tarsensis Pauli legit epistolas.

De Thoma Aquinate.

FVit Agnatis Thomæ lectio adeo diligens & pensiculata, vt nec in pximo stantes, viderẽt oculi, neq; interpellantiũ voces audirent aures, enimuero corporei sensus, vt aio adessent, suũ quisq; officiũ reliq̃re, aut certe relicti p̃stare nõ potuerunt

De Bernardo Abbate.

CItra fidem proditũ videri potest, quod de Bernardi abbatis solertia legere est. qui nullo vnq̃ præceptore vsus, cæterum assidua lectione & ingenij acumine adeo profecit (in quo non parum est & cœlitus adiutus) vt in mysticis scriptis explicandis nullus hodie sagacior numeretur.

De Hilarione Abbate.

TRactarunt alij diuinarũ rerũ lectionem solertius fortasse, suntq; ob eã rem maius nomen adepti. sed q Hilarione id religiosius fecerit, fuit (vt fert) nemo. qppe qui Dauidicũ carmen & pphetica aliorũ scripta tanq̃ p̃sente numine recitabat, sepe ac multũ testatus religiose & cõsyderate ea esse legẽda, qa ab almo spiritu pfecta.

De Basilio magno.

BAsilius, qui magni cognomẽ tulit, terrenę fuit a principio affectator sapientię, ois dein disciplinas & hũanas artes aspernatus diuina cœpit studio mirari ac tanto affectu cõplecti, vt omni panis vsu vinoq; sibi interdicto, tãdiu eiusmodi alimentis abstinuerit, q̃ad salubriori disciplinę sit studio & abstinẽtia compos factus.

De diuo Hieronymo.

SEd q̃ parum sit cœlo probabile hoc nostrũ scire q̃d ex Ethnicorũ fonte est, Stridonensis Hieronymi postulatio demonstrat, qui ad diuinũ tribunal destitutus vehementer increpitus est, quod humanarũ rerum studijs vir christiani nois plus

nimio sese addixisset.estq; in arcana verba iurare coactus,fore vt nullum deinceps literarũ genus præterq̃ diuinarum attingeret.

De diuo Seruulo.

QVanto tutius Seruulus vir mendicus & æger oĩsq; lr̃ariç disciplinç adhuc ex pers,q ex mẽdicata pecunia sacrarũ lr̃arũ mercatus est opuscula, q̃ alijs sibi explicãda tradidit,vsq; adeo lectioni intentus vt audiẽdi assiduitate curaq; & diligẽtia pcipiẽdi ea quç legerent,sanctioris doctrinç gnarus oppidoq; sciens euaserit

De Deipara Virgine.

SAcratissima christi mater,cuius vitã nullus vnq̃ plene laudari potuit, a nona diei hora ad primã facem q̃tidie Bibliacos lectitauit libros,pfuitq; plus vni virgũculç singularis lectio ad beatitatẽ & decus,q̃ oĩbus sapiẽtibus omnes bibliothecç.

De diua Cæcilia.

CAecilia patritia domo Romæ orta,sedulo Euãgelicæ historiæ librũ aut legit aut in gremio habuit obuolutum, ne nõ semp præsto esset,in quo mens cœlo addicta cũ vellet,velut concentu quodam suauiq; harmonia reficeretur.

De diua Marcella.

PAr studiũ,studijq; affectus in Marcella & ipsa nobili quiritijq; generis,quæ cũ incredibili cura diuina lectitaret, illud est postremo assecuta, vt semper in eius ore Dauidicũ illud esset.Abscondi in corde meo eloquia tua.cætera nota sunt.Est enim carmen sententiæ grauitate haud ignobile.

De Syluia Ruffina.

MAiore quadã indole Syluia Ruffina Alexandriç pfecti filia in Thebaidis solitudine cõstituta assidua lectiõe adepta est,vt nõ sola sibi esse videret,cũ oĩno esset sola.quin eorũ virtutes q̃s legebat contẽplans,effinxit,effingendo, ad pfectũ (æmulata est.

De ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Platone.

FVit & in alijs gentibus suus lectionis affectus.Plato hũanç sapiẽtiç longe princeps,tantũ Pythagoricæ disciplinç tribuit,vt Philolai Crotoniatç(fuit is Pythagoricus) magno p̃tio emerit libros.emptos tãto studio lectitarit,vt ad eius defuncti caput sint repti.

De Marco Tullio.

CAeterũ quantũ Plato vir summus est Philolaũ miratus,tantũ nec minus Platonẽ M. Ci. qui vsq;adeo eius copiam effinxit,vt pene ille ipse sit factus.pari affectu Isocratis iucunditatẽ est ęmulatus,ac vim Demosthenis, quorũ virtutes aut exęquauit homo ad eloquentiã natus, aut propria vi nixus superauit.

De magno Alexandro.

DIdicit Alexander Macedo nõ pauca ab Aristotele,sed puer. adultus vero medioq; grerendarũ rerũ ardore Homerici carminis lectione captus, tanto eius rei studio tenebat vt aureũ scriniũ gemmis p̃ditũ in Dariana prçda repertũ in eum vsum legerit,vt Homeri opa eo inclusa bellicis gestarent expeditionibus. dignus qui tantũ vatem sortitus esset, aut certe talẽ, vt ne suũ Aeacidæ inuidere debuerit.

De Vergilio vate.

QVid Vergilius Maro qua indagine censendus est Enniũ legisse: quoties repetitũ dextra leuaq; pertractasse: rerũ pondera exegisse: verba pensitasse: qui forte rogatus quid ageret.se aurũ colligere dixerit ex Ennij stercore.

De Ennio vate.

IAm vero ipse Ennius nisi Homerũ miratus frequenter ꝙ́ꝗ lectitasset, nunq̃ illius se animã sortitum testatus esset, sed somniũ illud verius fuit q̃ vaticiniũ.

De Tiberio Cæsare.

TIberius princeps tanti Partheniũ fecit vatem Arianũ & Euphorionem vt triũ poetarũ carmen & imagines inter vetusta & illustria vatũ noĩa oĩbus bibliothecis religiose ꝑpe modũ dicarit. ꝗs nisi frequenter legisset, tã impense fauisset nũq̃. sed ingens sylua hęc, non vnus in oĩbus est affectus. diuersa variaꝗ sunt hoĩm ingenia. aliĳ alios probant, atꝗ vsꝗ adeo iudicia hæc variãt, vt Liuiũ & Maronẽ duo præcipua latialis linguæ noĩa insense oderit Caius princeps fax humani generis.

DE VESTITV, ET CVLTV CORPORIS. CAP. VIII.

NAtura oĩm parens & opifex solertissima abunde satis docuit hoĩem, si vnũ id animal nõ seipsum obliuisceret̃, q̃ nullo opus sit ad tegendũ corpus velamento. nisi aliquis hanc nouercã libentius vocet, q̃d nefas sit dicere. quia cætera animalia corio, testis, pluma, vellere, aliĳsꝗ tegumentis muniuerit, solum hoĩem nudũ in nuda terra nascentẽ abiecerit. at pleriꝗ hoĩm hodie nudi agunt, cũ omnes agere potuissent, nisi luxus vitã perdidisset, legibusꝗ naturæ ꝓcul relictis, eo ꝓcessisset, vt ꝑ furorẽ & insaniã iam non quæ tegant sed q̃ onerent hũana corpa, inter ignotas feras & maris beluas, tã stulte q̃ laboriose q̃rant̃.

De Protoplasto.

PRotoplastus, & quæ illi cõfestim comes data est mulier Eua, q̃diu delitiosam illam terræ partẽ tenuere, vbi vitalem vitã diuinitus acceperãt, nudi egisse dicunt̃, mox inde eiecti, texere folĳs verenda, crudis pellibus humeros amicti.

De Io. Zachariæ filio.

NEc multo cultius vixit Io. Zachariæ filius Iordanis accola, veste amictus camelorum setis contexta, scorteaꝗ cinctus zona.

De Deiparæ filio.

FVit & christo regi summo vnica vestis arte ineffabili cõtexta verius q̃ sarta, magnũ inopificio miraculũ, sed maius adhuc in vsu, neꝗ tritio facta est perpetuo vestitu, neꝗ minus habilis, sed ad corpis modulũ augescere, estꝗ vestis hæc fatidico spiritu multo antea præuisa, quæ caluario teste abĳt in sortem ne scinderet̃.

De Bartholomæo apostolo.

PAri admiratione dignũ (si quisq̃ miret̃ quæ diuina voluntate fiũt cuius potestas summa est) mirabit̃ tamen bruta humanitas & ad diuina opera caligans, quod in purpureo Bartholomæi pallio (fuit is christi discipulus) euenisse proditũ est. xx. id annos quibus in perpetuo fuit vsu, neꝗ sordes vllas, neꝗ vetustatem sensit. mansit immota purpura, vt vnius exemplo discerent mortales cœlestia terrenis anteponere, pietatem regiæ fortunæ, cuius illud erat insigne.

De Iacobo apostolo.

IAcobus q ab indiscreta facie est christi frater dictus, non laneo vsus est sed lineo amiculo, intonsus vixit. nũq̃ cinctus est, nunq̃ balneo vsus. sanctus a matris vtero, sanctior dein christi disciphina factus, cuius notum est præceptum vt discipulorũ singuli singulas haberent vestes.

De Io. euangelista.

ID præceptũ(vt credere eſt) cũ cæteri apoſtolorũ ſancte cuſtodiuerunt, tum Io. Zebedei filius,q ſindone cũ magiſtro amiſſa,nudus in Bethaniã reuerſus eſt.

De Aurelio Auguſtino.

NEc multũ ab his diuerſus Aurelius Auguſtinus,q veſtitu,calceatuq; indiſcre to vixit cum ijs,quibus ſanctitate,ſcientia,& dignitate longe præfuit.

De Bernardo Abbate.

TEnui,deſpicatioreq; tunica vſus eſt & Bernardus abbas,cæteræ minime ſordi da,huius eſt illud ſcite dictũ,veſtẽ ſordibus obſoletã deſidię eſſe teſtẽ,& ſecor (diæ.

De Paulo primo eremita.

PAulus,qui primus in eremo vixit pietatis ſtudio,nõ ſcorteã habuit veſtẽ, non lineam, aut ciliciam, ſed palmaceis contextã folijs, magno exemplo humanæ luxuriæ a natura repudiatæ,quando ſit ipſa modicis contenta.

De Antonio Abbate.

ANtonius abbas, qui eũ ſepelijt in delitijs habuit defuncti exuuias, quas feſti dũtaxat diebus induebat.tã memorabili exemplo, q̃ Hieronymi optatu cla-rũ,qui ſcriptum reliquit maluiſſe ſe in Pauli veſte q̃ in regia purpura cõſpici.

De Timotheo anachoreta.

NOn ſolia,ſed capilli texerunt Timotheũ anachoretã adeoq; deformarunt, vt a Panucio in ſolitudine repertus,imanis fera primo aſpectu nõ homo ſit cre-ditus.vox inde arguit humanitatem,quæ efferatiore tegebaſ cultu.

De Onophrio anachoreta.

HAud multũ huic abſimilis Onophrius,& ipſe eremi incola.qui cõſumpta ve-ſte quæ vnica illi fuit,cũ e medio diſceſſiſſet nudus egit, folijs verenda tegen-tibus.ſed hæc aliquanto vetuſtiora,& a conſpectu hoim magis remota.

De Franciſco Aſiſiate.

ESt exemplum quod ſequiſ multo recentius. Franciſcus Aſiſias pauptatis cul-tor diligens,nõ in ſolitudine,vt illi,ſed medio luxu inſaniaq; diuitiarũ craſſi na tiuiq; panni tunicã nudo induxit corpori, inductã funiculo compreſſit. nudis pe-dibus ligneos ſubiecit ſocculos, vt quatenus liceret corpus a terrę contactu vin-dicaret.vnde mens procul receſſerat cœleſtium affectatrix.

De Heliſabethe.

TRita fere veſte diuerſoq; colore referta amiciebaſ Heliſabeth regis filia,geſtie batq; magis mendici habitu q̃ regũ purpura ſpectari,aſpernari videlicet regiũ ſtemma in quo orta erat ſapiens mulier,vt cœlum indipiſceretur.

De Maria Aegyptiaca.

MAius prope modũ hoc fuit q̃ quod Aegyptia mulier fecit,quæ conſumptis veſtibus nuda egit in eremo.Hæc eñ nulli erat contemptui,cũ ſeipſam con temneret.at Regia mulier cuius nup mentio incidit,cũ ea aſpernaretur,quæ cæte-ri mirantur,deſipere credita eſt,cum vna omnium præcipue ſaperet.

DE PROPHANIS, ET PRIMVM.

De Hercule.

HErculem Alcmenæ filiũ Nemeæi Leonis amictũ exuuijs, cætera nudũ egiſſe vetus Græcia fabulata eſt.Italia q̃q; græcos imitata id vnũ tegumenti genus illi aſſignat,nec(vt videre eſt)in vno Hercule figurãdo id faciũt,ſed in cęteris quo-

q̃ Heroibus, at Nessi tunica qua ille cõsumptus est, & Homeri carmen de ijs q̃ ad Troiam militarunt, receptæ opinionis fidem eleuat.

De Diogene Cynico.

SEd hæc quæ de Hercule & Heroibus tradita sunt memoriç, aut vulgo recepta ꝓpiora sunt fabulis q̃ vt ꝓ veris affirmari possint. Sinopæus Diogenes (q̃d neget nemo) Cynicę affectator disciplinæ pallio vixit vnico cõtentus, tanto Antisthene rigidior q̃ eius sectæ princeps palliũ duplicauit, baculũ & perã primus sumpsit.

De Menedemo Cynico.

MInus horrida hæc aspectu, q̃ furialis Menedemi habitus. fuit & hic Cynicus. tunicã sumpsit pulli coloris baltheo puniceo strictã, pileũ Arcadicũ duodecim elemẽtis intextũ. Tragici ad hęc cothurni. virga fraxinea manibus erat, & prolixior barba. habitus (vt dicere liceat) magis supstitiosus, q̃ sapiẽtię affectatore dign⁹.

De Phocione Atheniensi.

QVinq; & quadraginta magistratus gessit Phocion Atheniẽsis, sed q̃ sit vestis genere interim vsus calceãdi ratio in eo demõstrat. inoluit adagiũ inter vrbanos vt cũ imensum frigus & intolerabile significare vellẽt, Phocion dicerẽt calceatus est.

De Portio Catone.

HAbẽt & Romani sua exẽpla. Cato Portius, q̃ a nobilissima censura quã gessit Censorij tulit cognomẽ, nunq̃ toga vsus est plurisq̃ drachmis centũ empta, sed magis in Vticensi huius ꝓnepote frugalitatis exemplũ. q̃ sine calceis, sine tunica, cæterũ funiculo cinctus p forum cũ familiaribus post prandiũ deambulauit.

De Serranorum familia.

MVlierũ quibus apud oĩs gentes ornatus corporis peculiarior fere fuit q̃ viris vnũ apud Romanos inclaruit exemplũ, nec ad vnã aliquam fœminã, sed ad vniuersam ptinens familiã. in Serranorꝫ gẽte nulla vnq̃ est linea veste vsa ob molliciem & luxũ repudiata. Pleriq; hoĩm nudi agunt, vel quia texturã ignorent, aut potius nõ egeant, nec in eo continentiã spectant, sed comodũ. sed nunc mores censent, & vitæ moderatio, non gentiũ ritus.

DE OPERIBVS MANV EXERCENDIS. CAP. IX.

NIhil æque vitã hoĩm aut aptius instruit, aut validius confirmat q̃ honesta opatio, & diligẽs industria. in actu oĩs ṽtus sita est. ignauia hebetanť animi, corpa torpescũt, fiuntq; morbis impensius obnoxia. tueť vtrũq; diligẽs exercitatio, necesse est vt p̃clare Porti⁹ scripsit Cato, vt sua cuiq; vitę ratio cõstet, id nisi opoſis & alacri ingenio viris cõtingere non põt. Est tñ in hac vitæ pte monẽda mortalitas, ne cũ agere se putet aliqd, aliud agat. maturãda sunt officia, & oĩa quæ fiũt, tpi & loco accomodanda. q̃d christi regis apłi fecisse dicunť.

De Christi Apostolis.

ENimuero cũ hi p̃cando, legendo, euangeliũ prædicando, omne fere tẽpus absumerent, quoties ab eiusmodi opibus requies cõtigisset, manibus aliquid operari. Tarsensis Paulus vbi classicũ illud inflarat, quo partem multo maximã humanarꝫ gentiũ ad christi signa cõuertit, funes texuit. Petrus Bariona & Io. Zebedei filius medio apostolatu piscati sunt, non quia nõ esset quod docere possent, aut nõ haberent q̃d vtilius operarenť, sed vt sibi cõcessum otiũ verterent in negotiũ, satius esse rati aliquid agere, q̃ nihil agere, modo id q̃d agereť, honeste fieret.

De Luca euangelista.

AGe vero quid Lucas euangelij author, an nõ & ipse cœlestium rerꝫ medita tione fatigatus, aliquid semp depingere solitus est: declarant hoīs studiũ in eo genere tabulę, quæ hodie haud vno loco visuntur cum deiparę iconibus ipsius manu affabre figuratæ.

De Stephano anachoreta, & Serapione.

STephanus anachoreta in eremo funes palmaceos texuit. maius tamen, & seuerius Serapionis institutũ. qui cũ abbas esset, ita iter monachos comparauit, vt sibi quisqꝫ manu alimenta quærerent. siquid inde superesset, id egenis impartirent, ijs præsertim, qui aut in vinculis iacerent, aut custodia tenerent.

De Io. abbate.

IN Thebaica solitudine Io. abbas pacem a cœlesti nuntio accipere solitus, fiscellas profestis diebus texere, atqꝫ inde sibi victum quæritare.

De Antonio abbate.

SVbijt aliquando eremi tediũ Antoniũ abbatem, dubiusqꝫ consilij clamasse fert seruari cupio, sed cogitatio aduersat. hic mirũ accidit, media illa animi fluctuatione intuitus est hoīem monastico habitu nũc calathos texentē, nunc orationi intentius vacantē, auditāqꝫ supne vocē & tu sic facito. q̄d oraculũ secutus p hęc duo tā cōstanter pseuerauit, vt oim monasticę disciplinæ sit obseruātissimus iudicatus.

De Paconio abbate.

MIlle & quingentos sub Paconio abbate proditũ est fuisse monachos in Thebaidis regione, q labore & industria sibi victũ quæsiuere nulla extraria adiuti ope. peperit ea res aliquādo non infacetũ scomma. parabat sibi victũ monachorũ quidā diurno labore, vt in Scythiotico cœnobio moris fuit. mirari sedulā huius operā ex nouitijs vnus, ridereqꝫ simul monachũ operi intentum, euangelicũ illud voce testatus. Maria optimam partē elegit, cętera nota sunt. p̄ferēs haud dubie cōtemplationē terrenis opibus, cæterũ a nullo sub noctē ad cœnā vocatus, cũ attonito similis staret, defixus rei nouitate audiuit Mariā indigere Marthę ministerio.

De Deipara virgine.

SEd nulli pulchrius diurna ratio cōstitit, q̄ deiparæ virgini, quæ a prima luce ad tertiā diei horā sedulo placādo numini vacabat, inde ad meridiē lanificio, mox a cibo q illi parcissimus fuit, reliquũ diei diuinarum rerꝫ lectionibus applicabat.

De Helisabethe regis filia.

HElisabet, quæ tā humiliter vixit, q̄ clara est inter hoies & illustris, regia fortuna, in q̄ orta fuerat, aut lanā carpere ab oratione, aut texere, aut certe aliud serio operari, ne per otium, & quietem vllũ sibi tempus elaberetur, nullam (vt credere æquũ est) maiorem iacturā arbitrata, q̄ temporis, in quo sita est villicationis ratio, quam euangelica celebrat historia.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De maiore Africano.

VEtus quantũ in his valuit pietatis studiũ, cœlestiũqꝫ rerꝫ affectus, tantũ nec minus, disciplinarꝫ amor, aut famę imoderata cupiditas, in ijs q mysterij huius arcanũ ignorarũt, nota est vox illa maioris Africani, q roga-

tus quid ageret, cũ solus esset, ita occurrit, vt nunq̃ se minus solum esse dixerit q̃ cũ solus esset. demonstrauit id responsum quoties vir ille senatorijs fuisset, forensibus ve curis vacuus, non otio & inertiæ deditũ, sed magna & vtilia meditari solitum.

De Philopœmene Megalopolitano.

PHilopœmenes Megalopolitanus tantũ abfuit, vt otiosus aliquando fuerit, vt cũ solus iter faceret, aut deambularet speculabundus, occurrentiũ locorum situ contemplaret, semetipsum explorans, quid si tibi ducẽti exercitũ fiat hic tibi hostis obuius: aut a lateribus eo repente velut ex insidijs cõsurgat: qua figura aciem instruas: cõtinendus miles, an illico signa inferenda: & si tenendus quomodo præsidiarios loces: aut subsidia disponas: fecit eiusmodi meditatio, vt in præstantissimis græciæ ducibus sit demũ Philopœmenes celebratus, quo vita functo nullum amplius græcia præcellentem ducem emisit.

De Cyro maiore.

CYrus maior (si vera sunt quæ de eo græci scriptores ꝓdiderũt) mirifice est terræ cultu delectatus. satis cõstat a Lacedæmonio hospite mortaliũ fœlicissimũ iudicatũ, quod præter regnũ, quod amplissimũ illi fuit, terrã scientissime coleret.

De Tarquinio superbo.

POtest &. L. Tarquinius (qui vltimus fuit Romanorũ regum) videri a simili cura non abhorruisse. qui ex horto funestum illud Gabinæ ciuitati Corinthoq; translaticum dedit filio responsum.

De Demetrio & Aeropo.

DEmetrius qui Poliocertes cognoiatus est, bellicas machinas & naues fabricare solitus dicit, cũ a re bellica, cuius fuit scientissimus, vacaret. pulchrius hic q̃ Aeropus Macedoniæ rex, qui siqd otij nactus esset, vt id in negotiũ verteret, lucernas & paruos fabrefecit abacos, vile opus (quis nescit) & ridiculũ præsertim in rege. sed sic melius q̃ si nihil fecisset. nihil magna ingenia minus ferunt q̃ otium.

De Parthorum regibus.

PArthorum reges ne desidia torpescerent, telorũ cuspides acuere consuesse tradunt, seduloq; id facere vt nõ solũ animi oblectationẽ ex ea re sibi q̃rerent, sed (& laudẽ.

De Mahomethe Othomano.

NOstra memoria Mahomethes Othomanus qui Græciæ imperium euertit, cum oratorum postulata audiret externarum gentium, coclearia lignea affabre celabat, aut in tabula aliquid effingebat.

De Attalo Philometore.

HOnestius & hoc multo vtilius, q̃ Attalus Philometor, q̃ in regio horto Aconitũ, Cicutam aliasq; noxias coluit herbas, legebatq; semen ceu salubrem aliquam frugem, cum haud dubie hominum perniciem legeret.

De Domitiano principe.

AT q̃ inuidiosum hoc & detestabile, tã mehercule risu dignũ q̃d de Domitiano principe proditum est memoriæ. qui in secreto muscas stilo configebat. indeq; iocandi materiam nactus aulicorum vnus, rogatus, an cum principe esset aliquis, ne musca quidem respondit.

DE CORPORIS CASTIGATIONE. CAP. X.

BEne actũ esset cũ hoie si corpus hoc quo verus homo tegit, tã libens virtuti q̃ voluptati inhæreret. hanc eñ sponte sequit, illam non nisi imperio coactus. cæterũ quo contumatius est magisq; in vitia propensum, eo fortius sapientiusq; fecisse videri possunt ij, qui illud vt nequissimũ aliquod mancipium inedia, labore, & verberibus affligentes, rationis iugo subiecere.

De Paulo Tarsensi.

HOc certe est q̃d Tarsensis Paulus christi pponit cultoribus, ego inquit castigo corpus meũ. q̃d si in eo qui vas ferẽ electionis caro huius indiga fuit remedij, quid cęteri faciant: q ne in reiectorũ numero sint, est vehementer adnitendum.

De Lodouico Francorum rege.

ID (vt credi par est) imprimis secutus Lodouicus Galliarũ rex libentius cilicina vsus tunica, q̃ aurea & purpurea. hoc quod terreni erat regni insigne aspernatus, illud cupide complexus, quia augustioris imperij perpetuoq; mansuri.

De Macario Alexandrino.

MAcarius Alexandrinus, quia graue & assiduũ fuit illi certamen aduersus carnẽ, saccum sabulo plenũ ad extremam lassitudinẽ gestabat humeris. rogatus forte q̃d supuacua illa sibi vellet opa: nisi inquit corpus hoc grauiter affecero periclitet aĩa necesse est.

De Monacho Lithophoro.

DIuus Hieronymus author est, visum a se in eremo qui iam tertiũ annum bis quotidie pergrande saxũ tria millia passuũ gestaret humeris, tantaq; alacritate iniunctũ onus ferret vt ad corpus maiorem in modum fatigandum posceret, vt aliquid adhuc oneris adijceretur.

De Io. Monacho.

MIrum quidem videri possit & a fide abhorrens nisi pia opa cœlo curę essent, quod de Io. quodam monasticã vitam agente proditũ est memoriæ angustę rupi eum infixũ perpetuo statu somnũ & cibum cœpisse. adeo pertinax est cœlestium rerũ cura, tantaq; in virtute constantia si fauor numinis adsit.

De Francisco Asisiate.

NEmo aũt seuerius calcauit voluptatẽ Francisco Asisiate. nemo corpus atrocius afflixit. is cũ connubij appetentia forte animũ tetigisset, verberibus torũ corpus affecit. verũ quia sic quoq; rebellabat carnis stimulus, nudum corpus alta niue immersit. niualesq; effingens imagunculas in puerorũ speciem arctius amplexari, en inquit tibi vxor, en liberi quos optasti, hos amplectere, hos foue, & osculare. vis hæc, an in officio esse: terra simul frui, & cœlo non potes.

De Paconio Abbate.

CAstigatio hæc seuera & pene atrox. sed Paconij abbatis propemodũ atrocior. qui nõ modo niuale frigore afficiebat corpus, sed nudis pedibus vepres & tribulos calcabat, vt aculeos carnis, extrarijs, corpusq; cõsauciãtibus expũgeret

De Helisabethe regis filia.

VIx miretur hæc, qui fando audiuerit, aut legerit aliquando ab Helisabethe regis filia abduci solitas in secretũ domesticas ancillas, hisq; herile corpus atrociter verberandũ præbuisse. fuitq; illud haud vno modo proficere, nam & castitatem per hæc tueri, & patientiæ assuescere.

De Cæcilia virgine.

MAgnum & Cæciliæ virginis exemplum in hac relatione, quæ Valeriano de sponsa,ne in nuptiali quidē ornatu ciliciū deposuit, sic duobus sponsis placitura,cœlesti interiore,hoc alteri,qui in terris erat cultu exteriore.

De Radigunde regis coniuge.

TVlit & Radigundis vxor regis in Gallia sub regali vestium cultu,vile & aspe rum ciliciū,documento haud obscuro,mente & ijs,quæ non cernuntur oculis,rectius pietatem coli,q̄ vittis & tunica.

De Sarra.

SEd nulla pertinacius carnem impugnauit q̄ Sarra in Scythi monasterio cuius antistes fuit,xl.annos,neq; aquas præterfluentes,neq; pratū cubiculo subiectū molliter virēs vnq̄ intuita, ne scilicet terrestris illecebra oculis inspecta pernicioso allapsu mentem cœlo intentam proposito auerteret.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM.

De Socrate.

NEc pauci quidē fuere q̄ citra omnē veræ pietatis affectū insigniter exercuerūt in suū corpus imperiū,virtutis studio aut necessitate aliq̄ adacti. Nam Socrates qui Ethicen induxit,pdius ac pernox a primo solis ortu ad solem alterū orientem imobilis stare solitus est,ijsdem vestigijs atq; eodē obtutu defixus,vt ad fortuitas vices patientia assuesceret.adeo hęc virtus p̄ cæteris fuit (illi curæ.

De eodem Socrate.

FVit idē tanta(vt ferū)temperātia vt omne vitæ tp̄s inoffensa valitudine vixerit.

De Diogene Cynico.

SInopæus Diogenes præter nuditatem corporis (solo eī̄ pallio vsus est) nudis pedibus vixit & capite adaperto frigoris & caloris ęque patiens.abiecto prius ligneo vase alterius cauis ad hæc manibus potare solitus.Extremis vitę tp̄ibus crudā carnem vesci conatus est,vt nihil esset in q̄ ministerio alterius egeret sobrius (naturę cultor.

De Anaxarcho.

MAgna & memorabilis Anaxarchi constantia. sed hæc nō medio cruciatu(vt credere est) sed longo vsu & exercitatione q̄sita, is cū tyranni iussu marmorea pila tunderet,non sese sed Anaxarchi pilam tundi testatus est.

De Mnesarcho.

MIssus Mnesarchus ab Alexandro ad Gymnosophistas, in patentem campū perductus nudos homines offendit feruenti arena sese exercentes, horū alij alio statu cœli & loci intemperiē ferre.hic vestigio nixus stabat, ille immotis oculis Solem ex aduerso intueri. sedebant nōnulli lapidibus & scopulis imoti.alij in arenis iacebant.hic in faciem,ille supinus.omnes tamen ad tolerantiā & labores perferendos velut ad primariam quandā virtutem exerceri.est eī̄ fortitudinis mater virtus hæc cōtinentiæ alumna,vt vere & sapienter sit dictū Abstine,& Patere.

De Attilio regulo.

NEc in pluma & epularū luxu nata est illa Attilij reguli in cruciatu constantia contemptusq; mortis, parsimonia & magnus virtutū habitus tam facilē illi fecit viam ad mortem,vt captus iam & vinctus non magis Pœnorum crudelitatem extimuerit q̄ in acie stans timuerat arma.

De Catone Vticensi.

CAto, qui Vticensis cognomen tulit, adolescens adhuc per integrum diem sermone nihil intermisso locutus est. calores & niues nudo capite tolerauit, iter pedibus facere amicis equo sedentibus. quoties a febre laborauit, solus esse voluit. nec quemq̄ admisit nisi morbo leuatus. per hæc virtus illa adoleuit quā postea ciuili bello reipu. præstitit. septem continuo dies per loca serpentibus infesta ductauit exercitum non equo, nō vehiculo vectus, sed pedibus, & in primo agmine iter faciens, nunq̄ sedens nisi cum cibum aut quietem caperet.

MARCI ANTONII SABELLICI SECVNDI EXEMPLORVM LIBRI FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER TERTIVS.

EXempla ad eam vitę partem pertinentia quæ græco verbo μοναστική dicta est, a nostris solitaria dici potest, proximus liber explicat. Nunc ea dicenẽ quæ domesticā disciplinam instituere, & illustrare poterūt, & ob eam rem relatu non indigna. quid quod nulla est hominū opinione sanctior in terris necessitudo, q̄ illa quæ vnicuiq; est nostrū cum parentibus, liberis, & ijs quibus cū perpetuo viuimus? quę quo maior est, maiores q; in animis hoim parit affectus, eo magis illustria exempla pars hæc vitæ sibi vendicat quam cæterarū aliqua.

DE AVTHORITATE PARENTVM IN LIBEROS CAP. I. De Noe.

NOe, vt a vetustioribus relatio hæc sumat exordium, qui vnus mortaliū cū sua domo Cataclysmo supfuit, liberos nō modo in antiqua pietate ad id tempus tenuit, nullaq; passus est vitiorū labe cōtingi, q̄ plus nimio in terris inualuerat, sed cū in fabricanda arca a cæteris delirus haberet̃, filij & vniuersa domus semper in officio fuere, & ad omne senis imperiū parati.

De Iacob siue Israele.

SEd q̄ obsequenter hi patrē audiuere, tā pie nec minus Israelem decem filij sunt veriti. qui in Aegypto ad regij p̄fecti pedes cū lachrymis & precibus prouoluti, nihil obscure testati sunt, q̄ sanctū esset apud se patris imperiū, professi aut sibi ꝑpetuo exulandū, aut fratrem, cuius supplicium deprecabanẽ, seni restituendum.

De Habraamo.

ISaachus, qui horꝫ auus fuit, in montē ab Habraamo patre ꝑductus, cum pro hostia mactandus ante arā staret, non contumax senem fortis & validus aspernari, sed in agnę speciem se patri immolandū præbuit, vt dubitari possit paterna ne pietas magis deo placuerit, an filij obsequium.

De Dauide rege.

EXpertus est Dauid rex in filijs contumaciā, sed vltio fuit illa numinis, non domesticæ disciplinæ vitiū, Cæterū extremo vitæ tempore Solomonem puerū adhuc & adulterio conceptū, regem declarauit, cū plures filij adessent grandes natu, & prudentia non vulgari. verū hi non modo non patri iuerunt obuiā, sed eius voluntatem ceu oraculum secuti nihil etiā post senis interitū mutare sunt ausi.

De Mathatia Machabeorum patre.

ESt & Mathatias Machabęorū pater hoc nomine memorabilis. cuius studiū & pietatē secuta cohors illa ducū veriusq; filiorum, perpetuū gessit bellum cū Syriæ regibus. non hostiū opes, quę validissimę erant, nō domestici casus, quibus ad inuidiā sæuientis fortunę Iudas & fratres iactati sunt, excutere potuerunt ferrū ex illorū manibus. quin fuit omnibus is bellandi finis, qui fuit & vitæ.

De Hebraica muliere.

VEndicat in his sibi locū Hebraicę mulieris exemplū, quę Syriacis tpibus cū filijs de religione appellata, propositaq; impunitate si a patrio cultu discederet, author fuit adolescentibus vt citius mortē oppeterent, q̄ a maiorū pietate declinarēt. cuius vocē & imperiū reueriti vnus post aliū sese morte deuouerūt. satius rati se priuari vita, q̄ matri non parere honesta & vtilia præcipienti.

DE PROPHANIS. ET PRIMVM.

. De Telamone.

TEucer & Aiax a Telamone patre ea lege dicunī ad Troiā missi, vt ambo aut neuter domū redirent. nec decennale bellum eorū desyderij plenum, quę mortalibus carissima esse solent, patris legem antiquare potuit. quin capto Ilio Teucer, quia fratrem amiserat, natale solū exilio vertit, Cyprūq; prætulit patriæ cuius finibus domestica lege excludebaī.

De Agenore rege.

PErnetus res est, fabulæq; ꝓpior q̄ historicæ fidei, & ob id fortasse cunctantius referenda. cæterū quia memorię ꝑdita est, nō indigna fortasse sit, quę ad vitā instruendā inter illustria memoreī exempla. Cadmus Agenoris filius ad Europā sororē quęrendā ea est conditione a patre missus vt nisi illa repta, exularet. diu, ꝑinde multūq; terra mariq; euagatus, paterni magis iperij q̄ patrię memor in Boetia exul (cōsedit.

De Hamilchare Barchino.

NOn, religio, cuius cōtemptor fuit, sed Hamilcharis, qui eum genuit studiū & voluntas in causa fuit, q̄d Hannibal oīa iura diuina & humana maluit peruertere, q̄ amicus esse Romani nois. desijt is victus res Romanas solicitare, ex odio tñ nihil remisit. vixit priuatus, sed Romanoꝝ nihilo secius hostis. potuit fortuna ducis mutari, ꝓpositum nō potuit. adeo in quibusdā plus affectus valet, q̄ necessitas

De Sp. Cassij patre.

CAeterū quanta fuerit omni tempore patrꝫ maiestas in filios, vnū atq; alterum Ro. ciuitatis exemplū plane arguit. Sp. Cassius vir consularis a patre domestico iudicio ob remp. seditiose administratam necatus dicitur. & eum, qui Macedoniā prouinciam parum secunda fama rexerat, domū reuersum pater priuo iudicio damnauit, supremoq; affecit supplicio.

De Romulo.

Romulus parens & cōditor Romanæ vrbis legibus sanxit, vt liceret patri bis filiū vendere. per quę totus homo intelligiť patris esse, & quia ab eo pcreatus sit, sit pterea legitime educatus, & institutus, honesteq; ire publica collocatus

DE LIBERORVM INSTITVTIONE. CAP. II.

De Protoplasto.

Quoniā sua sponte incidit hæc relatio in liberorū institutionē, nō ab re sit (puto) œconomicæ huius partis exempla cōtinuo referre. pibuntq; nostratia ne qd istituto ordine aberret explicatio. Docuit exēplo memorabili Protoplastus q̄ oim prima sit liberis disciplina inculcanda. nā cū duoꝝ pater esset, vterq; ab eo edoctus est cœli numē venerari. est eñ hęc primaria sapientia. obtulit itaq; hic, qui terrę cultor fuit, frugū primitias, alter qui pastor erat agnos & quicquid eximiū ex toto grege potuit, in holocaustū dedit.

De Noe.

Qvid Noe, an paruū documentū prębuit omni posteritati nullū esse tempus, quo liberi non verecunde solū, sed religiose quoq; adire debeant parentes ac venerari? Enimuero cū post vini haustum senex paꝝ caute humi prouolutus iacuisset, risit impius Cham verenda patris, quæ auersi adeuntes cōtexere cæteri fratres pallij iniectu, id spectaculum vt dirū & detestabile auersati, vltus est eam contumeliam Noe, Cham impietatis damnatū perpetuo multauit exilio.

De Iob patientissimo.

Monstrauit primus ille parēs dei cultū filijs, hic vero parentū. Iob oim patientissimus doctrina & exēplo liberos ad tolerantiā & quandā animi tranqlitatē instruxit. nā qui patrē tot cladibus affectū ærūnosumq; in pietate & officio pmanentē videre, toleranterq; oīa ferentē. hi (vt credere æquū est) si ruinā qua demū obruti sunt, puidere potuissent, tā fortiter tulissent, q̄ senex vno casu oēs tulit amissos

De Israelis filijs.

Docti sunt & Israelis filij a patre oportere domū bene institutā ab omni labe pcul abesse, nihilq; celerius q̄ domesticū scelus abolendū. quos sororis Dinę raptū magna Sichimitarū clade vltos, pollutosq; nocturna cęde cōfestim expiauit iussitq; tabernacula alio transferri, locū ipsum lociq; Geniū vt pollutum & incestū auersatus.

De Loth Sodomæo.

Qvam pie ad hæc sancteq; liberos & totā domū instituerit Sodomæus Loth, q̄ procul ab omni labe abstinuerit, memorabile excidiū patriæ, q̄ familia vna miraculo seruata est, nihil obscure declarat. inuaserat fœda libido Sodomā, inuaserat & Gomorrā aliasq; Palæstinæ terræ vrbes. atq; ita id malum late serpere ceperat, vt ne ab hospitibus quidē violandis abstineret. inferebať palam vis naturæ, & vetita libido pro legitima haberi. cremauit itaq; cœlestis flamma infandam gentē, omnis ætas, omnis sexus cum suis vrbibus totaq; regione abijt in cinerem vt & ipsa vrbiū cadauera interierint, vnus Loth vnaq; cū eo domus tantæ fuit cladis expers, nec vis ignea eos attigit, quos fœda voluptas non attigerat.

DE ETHNICIS. ET. PRIMVM.

De Persis.

Svnt & illoꝝ in hac parte nihil obscura exempla, qui arcanū hoc pietatis nesciuere, Persæ genus hominū, cū sua origine, tum ipsa regni (quod olim habuit)

opulentia oibus terris illustre. qn̄ verum dei cultū, cuius erant prorsus ignari, non potuerūt assequi, quod ꝓximū illi fuit, iustitiā publice & priuatim filios docuere. id vero fuit veritatem loqui, q̄d fidei fundamentū est, & iustitiæ ꝑpetua comes.

De Lacedæmonijs.

AEque valuit vetus illa Lacedæmoniorū disciplina, ac nescio an plus etiā aliquid habuerit. quod hi liberos ad laborem & tolerantiā a pueris seuere exercuerunt, & quod omniū maxime fuit vitæ conducibile, ætas illa paruo assuescere cogebatur, vt postmodum adulta, esset honesto contenta.

De Phocione Atheniensi.

SEd hæc publica instituta. Phocion Atheniensis cū Phocij filij intemperantiam domestica disciplina cohiberenō posset, Lacedæmonē misit instituendū, eoq̧ adolescentiū ordine collocauit quem ἀγωγὴν græco verbo dixerūt, nec dubitauit homo tēperantiæ cultor egregius externā disciplinā Atticæ ꝑferre, quæ tum oim ꝓstantissima habebaẗ, ratus (q̄d certe est) vitā hois magis exēplo ꝓficere, q̄ ꝓceptis.

De Cyro rege.

CYrus maior (si Xenophon ad fidem historicā scripsit) a Cambyse patre belli et pacis artibus instructus exijt in spem tāti regni, quanū est postea ab eo cōstitutū, est itaq̧ foris ille virtute & successu auctus, domi vero a patre affabre delinia(tus.

De Philippo Macedonū rege.

EXtat hodie exemplū epistolæ Philippi Macedonū regis, qua terror ille Græciæ testaẗ non magis se lætari quod Alexander filius sibi natus esset, q̄ quod Aristotelem haberet cui puerū tradere posset instituendum, nec id rex solum scripsit, sed hunc ipsum filio domesticū præceptorem adhibuit.

De Paulo Aemilio.

NEc Aemilio Paulo minori curę fuit liberoꝝ institutio. qui omni macedonū gaza victor potitus, ex tam opulenta præda nihil attigit, ꝓter duos libros regiæ bibliothecæ, quos filijs habendos dedit. tanto maius studiū illi fuit filios liberalibus disciplinis instituendi, q̄ opibus & diuitijs locupletandi.

De Catone maiore.

PRæbuit Aemilius instrumentū filijs per quod cōmodius ꝓficerent. At Portius Cato quia nobilissima censura tulit cognomen, prębuit seipsum liberis suis præceptorem, qua institutione non solum quia Cato erat, sed quia & pater, nulla sanctior vtiliorq̧ pueris adhiberi potuisset.

De Cæsare Augusto.

AVgustus Cæsar, cū vrbis, vel orbis potius terraꝝ curā gereret, Luciū & Caiū quos per æs & librā ab Agrippa patre emerat, & in spem successionis adoptarat domestice quædam docuit in re literaria, docuit & natare.

DE PARENTVM SEVERA ANIMADVERSIONE. CAP. III.

De deo.

ILle summus & verus oim parens Deus, qui cœlum & omnia creauit, omnia gubernat, mundo adhuc recenti documentū dedit insigne, atq̧ omni posteritati ad exemplū conducibile, parentū præcepta, quibus vitā debemus, contemni non oportere. Protoplastum & Euam quam illi iunxerat, delitiarum regione depulit, moriendi necessitatem iniunxit, quia diuino ꝓcepto aberrassent

nec ligno abstinuissent, quod fuerat ambobus interdictum. peperit illis breuis voluptas perpetuũ laborem, & qui beatam a principio vitam omniũq; malorꝫ expertem fuerant sortiti, iam inde tristem & erumnosam egere.

De Protoplasto.

QVam seuerũ in transgressu legis est Protoplastus exptus parentem illũ oĩm (rñã tum duo tantũ in terris esse, q̃rꝫ pater dici potuit) tã ipse nec minus fuit in Caim filiũ, quẽ post Abelis cædẽ adeo est auersatus, vt oĩs sanctioris disciplinæ reliquerit expertẽ. Enimuero cũ ipse verę pietatis negligẽs fuit, tum q ab eo ꝑcreati sunt negligentissimi. subijssetq; breui veritatis obliuio, cũ mundus adhuc recens esset, nisi cętera Adami soboles sanctius istituta totũ id arcanũ ĩ posteros ꝓpagasset.

De Noe.

FOedum & detestabile filij in se facinus vltus est & Noe, ac nescio maior ne pœna fuerit an culpa. siquidem intempestiuũ & stolidum filij risum perpetuo mulctauit exilio, fuitq; vindicta illa non solum iniuriæ authori exitio, sed omnibus etiã gentibus, nisi christi admirabilis aduentus eas demum tenebras discussisset, quas dirum illud exilium omnibus terris offuderat.

De Saulo rege.

SAulus, qui primus in Iudæa regnauit, cũ Ionathas filius ingentem hostium fudisset exercitũ, fusumq; rex cũ suis a tergo ꝑmeret, ac forte edictũ esset, ne quis cibũ caperet nisi debellatũ prius esset cũ hoste, ipsum victorię authorem filiũ quia estu & labore fessus fauũ mellis media hostiũ insectatione ꝑ obliuionẽ comedisset ad suppliciũ arreptũ capite damnauit. essetq; confestim pœna cõsecuta, nisi victor exercitus fortissimũ iuuenem iã aræ admotũ impensissimis precibus ab rege impetrasset, vt & eum seruaret per quem vniuersa gens eo die seruata esset.

De Herode.

SEuerus certe Saulus in filiũ, sed sæuus in liberos Herodes rex Galileæ. qui Antonij & Octauij duũ viratu, rex & amicus est Po. Ro. appellatus. duos hic occidit filios vnũ post alterꝫ, affectati regni compertos. potuit iratus pater liberos in potestatem redactos, in vinculis habere, & in successionem regni seruare. interficere tamen maluit, magis læsæ maiestatis memor, q̃ patriæ pietatis.

De Trebellio Bulgarum rege.

ADijciam his recens exemplũ, & cui nullum ꝓpemodũ ex recentioribus merito cõparari possit. Trebellius, qui primus christiani nois Bulgarię rex fuit (est olim hæc Macedonia dicta) monasticã secutus vitã, filio christiana pietate imbuto, regnum per manus tradidit. relabit̃ hic paulo post in malorꝫ dæmonum cultum, quod vbi exploratũ habuit Trebellius, regni gubernaculo denuo assumpto, impium filium luminibus priuat, regniq; tutela in fratrem, qui minor natu erat, subito translata, sese in ordinem redegit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM.

De Artaxerse.

MAgnũ hoc, sed quod dicã oĩm maximũ maximeq; memorabile. Ethnica eñi sunt quę sequunt̃. fuerunt (ex numeroso credere est pellicatu) quinquaginta filij Artaxersi Persarũ regi. hi Darij impulsu, quem pater contra morem gentis, viuens regem cõstituerat, in senẽ coniurãt, nefarij cõsilij causa inde orta, q̃d pallacarꝫ

vnā Aspasiam noīe petēti Dario negasset pater. facinus ostēto simile, ꝙ in paternā cædem numerosa illa filiorū phalanx cōspirare potuerit nullo discrepante. cæterū oīs humanæ pietatis imemor pater, Darium concepti sceleris conuictū cū numerosa illa fratrū cohorte extremo affecit supplicio, coniugibus & liberis interfectis, vt ex tanta nuper sobole ne ꝓgenies quidē vlla superesset. nec ipse multū inde superuixit huic domesticæ cladi, morbo & mœrore cōfectus. Rex fœlicior, q̄ pater. regnauit annos duos & sexaginta, nonagenarius obijt.

De Amyntore.

VEtustior fama est, & magis poetarū nota fabulis q̄ historica fide nixa, res tamen cognitu non inutilis, potest eñ exemplo prodesse. Phoenix Amyntoris filius, qui Achillem ad Troiam comitatus est, matri gratificaturus, patris intercœcit pellicem. prætulit Amynthor propriū affectum domesticæ pietati, filiumq́ dire execratus, domo ac patria pulsum perpetuo multauit exilio.

De Althęa Oenei coniuge.

FVit hæc Amyntoris seuera vltio, sed Althææ, quæ Oenei fuit vxor, non animaduersio, sed furialis vltio, hęc vt duorum fratrū cædem vlcisceret, Meleagrū filiū cædis authorē crudeliter deuouit, deuotū ad mortē compulit, fuit hoc iræ indulgere, nō seuere animaduertere, secuta tñ est cōtinuo pœnitentia, animoq́ consternata mulier laqueo vitam finiuit, ac domesticā cladem ꝓpria morte cumulauit.

De Iunio Bruto.

SEd hæc cunctatius ponenda, quę sequunt̃ multo recentiora & illustri loco collocata. Iunius Brutus Romanæ libertatis assertor duos adolescentes filios publicæ interfecit ꝓditionis conuictos, ꝙ de regibus, quos ipse eiecerat in vrbē reducendis cum Aquilijs, & Gellijs cōsiliū agitassent, magnū fortunæ ludibriū, vt ab ea domo, vnde Ro. Po. nuper orta erat libertas, fit ꝓpemodum extincta.

De Manlio Torquato.

MAnlius Torquatus filium securi percussit latino bello, ꝙ contra imperiū in hostem dimicasset. nec profuit iuueni, ꝙ victor, ꝙ hostilibus ornatus spolijs ad patrem redijsset. valuit plus imperij maiestas apud Manlium militarisq́ disciplina, q̄ paterna pietas, aut filij strenuitas.

DE CHARITATE PARENTVM ERGA LIBEROS CAP. IIII.

De Israele.

NVllo arctiore vinculo homo homini iungit̃, nullo minus solubili nexu q̄ eo quo parentes liberis. multa volumus patriæ debere, multa parētibus, multa demū multis, sed filiorū causa oīa volumus. per ferrū, per flāmas itur intrepide, si filiorū charitas postulet, nullius icolumnitas homini suauior, nullū funus acerbius, magisq́ luctuosum. vnū ex filijs amissum multos annos luxit israel, nec prius diuturnū luctum absterſit, q̄ ex insperato repertus est. cuius videndi studio patriā & domesticos lares reliquit, migrauitq́ cum tota domo in Aegyptum. c. xx. annos. (& amplius natus,

De Labane Israelis Socero.

HVnc ipsum Israelem ætate florentē duas Labanis filias, q̄ illi nupserant, partēq́ armentorū multo maximā clam secum abducentē socer assecutus, affecisset haud dubie extremo supplicio tam meritum, q̄ vltioni obnoxium. Aderat seni clientum & seruorū manus ingens ad vim & iniuriam parata, nisi filiarum lachry-

mæ intercessissent. quæ apud Labanem tanti fuere, vt vbi pœna fuerat exigenda, ictum sit fœdus, vt qui inimicus & vltor venerat, pater inde & socer abscesserit.

De Dauide rege.

DEiecit Abſalon patrē regio solio, deiectum hostiliter insectatus est. cæterum prælio victum interfectūq; media fuga tam dolenter fleuit pater, efflictimq; lamentatus est, vt fletus magnæ illi inuidiæ fuerit apud exercitum, maiori adhuc futurus, nisi amicorum admonitu lachrymis simulatum gaudiū miscuisset.

De Centurione.

NIsi Centurio ille Itali generis (vt credi æquū est) diuina christi opera vidisset, nunq̄ huius opem laborāti filiæ implorasset. pietatis tamē cultū nō prius recepit q̄ puella periculo seruata est. valuit in militari hoīe multū miraculorū claritas, sed plus oīno patrius affectus. illa veritatis admonuit, hic vt coleret, effecit.

De Patre familias Euangelico.

HAbet exempli instar & pondus ingens imaginarius ille paterfamilias, quam Euangelica celebrat historia. qui prodigum filiū peregre reuersum nō modo non auersatus est (patrimonij enim partem vnam turpiter prodegerat) sed seminudum & inedia confectū nuptiali veste texit, festisq; accepit epulis. dignus qui aut meliorem illum genuisset, aut in melius (vt euenit) mutabilem.

De Deipara virgine.

ESt & illud imprimis memorabile, q christi mater cum præfatione laudis semper ab omnibus nominanda, ab illius acerbissimo cruciatu nunq̄ temere ab vllo visa est. in priuato egit, aut orationi intēta, aut diuina legens, sanctissimi filij tam pia, q̄ sedula cultrix.

DE ETHNICIS EXEMPLIS ET PRIMVM.

De Aegeo.

HOc & colere fuit & amare, sed quod Aegeus fecit dolori tantū indulgere. q̄ procul intuitus nauim, qua filius Theseus ex Creta victor vehebat, quia non candida essent illi vela, siue cærulea (vt alij memorant) quę lætitiam & filij incolumitatem testarentur, sed funesta & atri coloris, quæ a principio fuere, Theseum perijsse ratus, ex alta specula in subiectum sese pelagus præcipitauit.

De Solone Atheniensi.

ATrocius hoc q̄ quod Solon fecisse fert. neq; enim atrox id fuit, sed euentu ridiculū, & huic, qui sapientis nomē inter paucos tulit, haud dubie pudendū erat Solonis nomen tota Græcia & Asia celebre, quia leges Atheniensibus dedisset. cæterū cum Miletum peregre venisset, frequenterq; cū Thalete (qui & ipse vnus ex septem fuit sapientibus) congrederet, ac forte ambo ex consuetudine in publico deambularent, tum excomposito filij mors, illi nunciata est. ad quē atrocem nunciū vir alioqui sapiētiæ fama nobilis cōsternatus animo, repente sese humo afflixit. capillū & barbam vtraq; manu vellicans, fœdansq; iniectu pulueris ora, palliumq; laniare. ad quod fœdum spectaculū & indignū persona quā gerebat, cū ex toto foro ingens factus esset concursus, & ipse cū muliebri eiulatu ad satietatē spectatus indecore iacuisset, tum Thales cuius opera fuerat is nuntius illatus, Solonē leniter tāgens, bono inquit sis animo, filius tuus viuit. at expiri volui an vxorē ducere & filios procreare expediat sapiēti viro, vt tibi psuasum est. & ipse magna asser-

tione contendis. sed iam (ut uidere est) non modo non cōducit, uerum maiorem in modum repugnat, quando ex sapientibus insani fiant filiorum causa.

De Seleuco rege.

QVid Seleucus rex Syrię, nōne magnū edidit patrię charitatis exemplū? qui Stratonicē coniugē unice dilectā, beneq̧ cōuenientē Antiocho filio cessit, postea q̃ iuuenem Erasistrati Medici indicio cōperit, illius forma captum perituram, nisi obuiam iret. fuit id non solū filij uitę cōsulere, sed seipm uincere, quo nihil est magno hoie præstātius.

De Carthaginiensiū matribus.

CArthaginiensiū matres, quū tertio bello punico ex oīni nobilitate lectissimi adulescentes obsides in Siciliā mitterent, eos fletu, & lamētatione querula sunt ad naues usq̧ comitatę, tum ex his quędā a filiorꝫ cōplexibus auulsę ubi orā solutā uidere, nauimq̧ portu egredi, dolore stimulāte i subiectos fluctꝰ desiluere.

De Olympiade, magni Alexandri matre.

OLympias magni Alexandri mater refossa Iollæ (qui filij pincerna fuit) ossa quia in uiuum sæuire non contigerat, dissipari iussit, sic ulta illa est filij mortem, cui uenenum miscuisse Iollas ferebatur.

De Parysate Cyri matre.

SAeuijt Olympias in mortuū. cæterū minoris Cyri mater Parysatis multò atrocius insectata est filij interfectores. quorꝫ unū Charetē decē dies a tortoribus excruciatū priuari luminibus iussit, auribus liquefactum plumbum infudit. Metroclatem ob eandem noxam duabus scaphis insertum, ficisq̧, & melle pastum, uermibus quos corporis excremēta pepererunt, erodendū reliquit. Metasabatē, q̧ postremo ad supplitiū raptus est, pelle enudatū, diuaricatūq̧ atrociter tribus palis affixit. & Parysatis dū nimis hominē amat quia filiū, hominē se esse oblita est.

De Agrippina Do. Neronis matre.

AGrippina Domitij Neronis mater, dum ambitiose nimis imperiū illi astruit Chaldæos sciscitata an imperaturus esset filius, futurū comperit ut is demū imperaret, uerum ita, ut matrem interficeret. interficiat inquit, modo imperet.

De Romanis matribus.

SEd q̃ ambitiosa hæc in filio ornando, tam una, atq̧ altera Romanorū matrum incauta in subito lætitiæ haustu. Multi bello punico secundo Ro. legionibus ad Trasimenū, & Cannas cæsis falso crediti sunt perijsse. eratq̧ nōnullorum uita iam temere deplorata, cum repente matribus oblati tantam lætitiæ molem illarū animis effudere, ut uelut subita ruina oppressę iter oscula & cōplexus expirarint.

De Antistiæ matre.

NEc illud exiguū maternæ charitatis exemplū. Antistiæ mater ob repudiū a Gn. Pōpeio filię missum, mortē sibi cōsciuit doloris, & ignominię ipatiens.

DE INDVLGENTIA ET AMORE CONIVGALI. CAP. V.

De Protoplasto.

MVlta & illustria sunt amoris exēpla in iugali copula, atq̧ ex his quędā cū ipso hoie ꝓpemodū nata, nisi eīn plus æquo Protoplastus Euā adamasset nunq̃ sciēs, uolēsq̧ diuina lege aberrasset, nocuit auctoribꝰ dira ꝑuaricatio, nocuit & posteritati. esset pars uitę longe optima mutua charitas, si hō semp ea uellet, quę honesta sunt, aut ea darent, q̃ iure dare pñt, nihil

obsequio pter bonū,& equū tuēte.

De Sansone uiro fortissimo.

FVit Sansonis uiri fortissimi nihil obscurum in Philisteam coniugem obsequium.cui nisi nimiū indulsisset, nunq̄ illius proci ænigma illud de leone, & apū mellificatione,magna uiri indignatiōe interpretari potuissent.unde fremitus, & uox illa æstuantis animi,Nihil facilius fœmina.

De Solomone.

MInor hęc culpa,q̄ q̄ Solomonē mortaliū sapientissimū a uerę pietatis cultu nequiter abduxit,in illo,cuius nuq̄ memini, ingenij fama periclitari, in hoc immortalis aię salus.q̄ nobilior est,eo hęc,multo q̄ illa fuit nocētior indulgentia.

De eodem.

MIrum uideri possit hominem suprema sapientia,ac supra fastigium humanitatis collocatum adeo iugalibus illecebris succubuisse,ut relicta luce tenebras sit secutus.sed homo fuit Solomon,etsi sapiens, humanus tamē, cuius proprium est labi.sed lapsus ille fœlix,qui demum corrigi potuit.

De Abigaile.

STolidum & peruicacē sortita uirum Abigail(sunt enim & amoris exēpla in cōnubio multa,& illustria)coluit tñ eum insigni charitate. cui cum Dauidem iratum cognouisset,& ad illius exitium cum armatorū cohorte appropinquare, obuiam prudens mulier cum magnis muneribus illi facta est,adeoq; præferocis, & irati iuuenis animum circumegit,ut ex inimico confestim Dauid amicus illi, & ex hoste hospes sit factus.sic qui hostis uenerat,defensor discessit.

De Iob patientissimo.

NVllus tā mutuę charitatis maior unq̄ extitit affectus in cōnubio aliquo,q̄ Iob patiētissimi hoim.enimuero uxor capillis magno in fœmina ornamēto sese priuauit,ut in summa egestate languēti uiro, ac grauiter affecto panē mercarer.& illū,quē non fortunarū amissio,non cohors filioꝝ ruina,domus obtrita,nō uis ulla morbi infringere potuerat,pars una capilloꝝ coniugi adempta adeo affecit,ut diem quo genitus esset homo alioqui patientissimus sit demum execratus.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Orpheo.

NIsi fabulosa cōsectari turpe esset,& fides ijs abrogarer,q̄ ad uitā instruēdam nō ad uoluptatē scribunē,speciosum esset in hac relatiōe illud,q̄d de Orpheo canūt poetę.nā p̄terq̄ q̄ ridiculū sit prodere inferna loca adijsse,ut suam inde Eurydicen reciperet,q̄d reliquum est a fide nō abhorret.cōiuge amissa semp illi⁹ nomē in ore habuisse, omnemq; mulieꝝ cōgressum esse iā inde auersatū,ita ut soliuagus flebili cantu luctū,& mœrorē solaretur.

De Alceste,& Heroidibus quibusdam.

SEd tam hæc de Orpheo cunctanter referenda,q̄ quæ de Alceste, & Laodomia fabulata est uetustas.parem cunctationem merentur,quæ de Didone,& Andromache scripsit Maro,non quia non credibilia sunt,sed q̄ a poeta traduntur,cui nihil debere uult historia.

De Artemisia Regina.

DE Artemisiæ in Mausolum defunctum charitate certior fama est, extant & uestigia nobilissimi sepulchri, quæ famæ astipulantur. fuit id Mausoleum

tantæ admirationi omnibus gentibus cum apparatu rerum, tum opificio, ut inter pauca orbis terrarum opera sit a græcis, & Romanis scriptoribus nobilitatum.

De Nino rege.

AGe uero & quã indulgens credendus est, uel potius ꝙ uxorius Ninus Assyriæ rex. si uera sunt quæ de eo quidam prodidere, qua siue ita uenire uoluit, siue fœminam nunꝙ tale facinus ausuram credidit, Semiramidem coniugem regijs insignib⁹ in paucos dies instruxit, quam bona mulier occasionem adepta in regno perseuerauerit. uirumꝙ in potestatem redactum non obsequentem modo, sed imperio etiam inde habuit obnoxium.

De Dario rege.

DArius rex duplici prælio uictus ab Alexandro, magna imperij parte exutus nullum tristitiæ signum dedit, ut fertur. Cæterum morte coniugis audita, manu oculis admota, non potuit lachrymis temperare.

De Tiberio Graccho.

TIberius Gracchorꝫ pater duob⁹ anguib⁹ intra cubiculũ captis, cũ ab ostentorꝫ interprete diceret̃ fore ut ipse supstes esset Corneliæ uxori, si alterius sexus serpẽs interficeret̃, imo inqt meũ interficite. Cornelia iuuenis est, põt p ætatẽ adhuc parere, nec defuit rei euẽtus. certauit cũ eo q̃ supfuit cõiunx mutua charitate, tñ em̃ abfuit, ut post Gracchi obitũ fuerit cõnubij appetẽs, ut regias etiã sit (nuptias aspnata.

De .M. Lepido.

FVit & .M. Lepidi charitas in uxorem nobilis apud maiores. qui cum post Syllę dictatoris interitum a Catulo dissensione ciuili urbe eiectus in Sardiniã cõcessisset, audito Apuleiæ coniugis repudio, mortem obijt.

DE FILIORVM PIETATE IN PARENTES. CAP. VI.

De Tobia Tobiæ filio

EXtant & filiorũ in parentes exempla pietatis multa, & magna, atꝙ eo fortasse magis conspicua, quo uiridior ætas minus sentit hunc affectum, minus religione ulla tangitur ꝙ senilis ætas, cuius propriũ est pia, & iusta curare. Tobias Tobiæ filius, ut paternæ cæcitati remediũ quæreret, puer adhuc oimꝙ rerũ ignarus domo peregre profectus cœlestẽ meruit ducẽ sortiri, cuius ductu fœlix itu puer, fœlicior reditu præsentissimum attulit patri remedium.

De Sem, & Iaphet.

NEc parũ pie fecisse uideri põt Sem, & Iaphet Noe filij, q ut temulẽti patris uerẽda tegerẽt (ille em̃ uini insolẽtia, q̃d primus uuis expresserat, ebrius factus incaut⁹, & ludibrio obnoxius decubuerat) auersa facie iacentẽ adijsse dicuntur. sic itaꝙ pprijs oculis pepcere, ne illicito aspectu uiolarent̃, & alijs ridendi ma (teriã ademerũt.

De Herode.

HErodes ille, qui magni cognomen tulit, cũ hoste a tergo urgẽte graui comitatu impeditus, noctu per abrupta, & difficilia loca iter faceret, materꝙ anus & ægra aio curru forte excussa, ac debilitata fugã remoraret̃. de manu sibi inferẽda sæpius cogitauit, satius ratus mortem occumbere, ꝙ matrẽ hostibus deserere.

De Cheldiberto, & Clotario, Francorum regibus.

INsignis hæc Hebræi hominis pietas in matrẽ, Sed multo insignior Cheldiberti, & Clotarij fratrũ, qui regia Francorꝫ stirpe orti, atꝙ ipsi reges cum de regni

possessione inter se armis disceptarēt, essentq; acie dimicaturi, Chrotochsldis matris interuentu primo ferrum inhibuere maternis precibus, & lachrymis moti. inde non solum prælio abstinuerunt, sed concordes facti mutuo se complexi sunt.

De Leone imperatore.

LEo impator Cōstātinopolitan⁹ imperiū a Leone auūculo p man⁹ acceptū, cū pacate regeret, otioq;, & opib⁹ floreret, Zenoni Isaurico pri suo sponte tradidit habendū. indignū (credo) ducēs, ac nefariū filiū impare, ubi pr priuat⁹ ageret.

De Rosimunda Baldoini regis uxore.

HAbent & mulieres illustres in hac pte sua exēpla, nec adeo uetusta, & ob id fortassis iucūdiora relatu. Iūxit sibi uxorē Baldoin⁹ Longobardorꝫ rex Comūdi Lepidarꝫ regis filiā, quē bello uictū interfecerat, misitq; huic regio cōuiuio admotę, cū forte Veronę esset, incaluissetq; uino, Comūdi pris caluā, q̄ more gentis p poculo solēnib⁹ cōuiuijs utebat, iussusq; est minister reginā hortari, ut cum pre biberet. pstrinxit Rosimūdę animū (id em fuit illi nomē) intēpestiua paternæ cędis exprobratio. ultionēq; secū meditata, uirū haud multo post domestica fraude sustulit, subornato illi pcussore.

De Rusticana.

SI non tam atrociter, non minus pie tñ Rusticana Romana mulier ulta est patrem Symmachū, quē Theodoricus rex Gothorꝫ cū Boetio eius genero interfecit. fuit hæc post regis interitū suis ciuibus auctor, ut ad abolendam barbari memoriam eius statuæ tollerentur e medio. id postea facinus maiestatis accersita apud Totilam eiusdem gentis regem, non solū non inficiata est, sed tam constanter etiā confessa, ut nihil æque illi profuerit ad salutē, ac constantia, quā Barbarus miratus, & si causam improbaret, tantā tamen indolem uenia dignā censuit.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Aenea.

AEneas, siquid eminentissimus Vates ad fidem scripsit, Anchisem patrē tam pie coluit, ut capto Ilio per medios hostes, & flammas humeris impositum in Idam usq; montem tulerit, magis inter eundum grato oneri timens q̄ sibi, aut filio, aut Creusæ coniugi, quæ e uestigio sequebatur.

De Cimone Atheniensi.

QVid Cimon Atheniensis, qua & ipse pietate cēsendus? qui ut Milciadē patrem publice damnatū uinculis eximeret, ultro sese carceri obtulit, mortem (ut credere æquum est) libens oppetiturus, modo patrem periculo seruaret.

De Manlio Torquato.

MAiore quadā indole apud nr̄os Manlius, q a Torque Gallo hosti adempto prim⁹ tulit Torquati cognomē; Mālio pri suo ad populū reo tēpestiue opitulatus est. Erat huic dies a Tribuno plebis dicta, q filiū adulescentē ingenuum rus uelut in ergastulū ablegasset. id posteaq; est filio nuntiatū, sub lucē ferro accinctus in urbē uenit, decretoq; petijt Tribuni domū, qui diem patri dixerat, ad quē tanq̄ accusator nō ultor admissus, ubi per speciē secreti solus est solū adept⁹, manu faucibus iniecta stringit ferrū, iuguloq; admouet iacentis, morieris (inquit) nisi iureiurādo pmiseris Manlij pris causam depositurū, ab eoq; ad populū uexādo tēperaturū. q̄ Tribunus piculo subactus in eius ꝟba iurauit, & q̄d iurauit pstitit, magno, daroq; testimonio pietatis in filio erga patrē, quā uel iniqui laudarint.

De Pio Metello.

MEtellus pro patre adeo afflictum lachrymis, & precib⁹ intercessit apud Ro/po. ut Pij cognomen iam inde ex ea re tulerit.

De Antigono Demetrij filio.

EXtitit & in Antigono Demetrij filio nihil obscura pietas, q̄ patris morte nuntiata in Syriam nauigauit, eiusq; cineres aurea urna inclusos Corinthum insigni nauium apparatu ad tibiarum cantum deportauit.

De puerpera quadam Ro.

SVperauit omnem exemplorum æstimationē Romanæ muliereulæ pietas in matrem. intercidit nomen puerperæ humili, & obscuro loco ortæ, fama tamē uiget hodie, uigebitq; omni æuo. aluit hæc plures dies matrem capitis damnatam in carcere impetrata a custodibus uenia illam adeundi, ueste tamen semper prius excussa, ne qd ad eā cibi inferretur. quæ res ubi animaduersa est, & in curiā delata publico decreto pientissimæ filiæ uita est matris condonata, & ne tantæ rei memoria intercideret, ubi carcer fuit, Pietatis ara constituta est

DE MVTVO AMORE, ET CHARITATE FRATRVM CAP. VII. De Esau, & Israele.

MAgnū quidē, & efficax ad rem domesticā tuendā, & augendā uinculum mutuus fratrū amor, & cōcordia, nā q̄ illi inter se aīo esse debeant, ipsa uox q̄ noiant declarat. habet itaq; uita, & in his exempla, satis memoratu digna. Enimuero qd est Esau memorabili⁹, q ab Israele fratre hereditate illa, q̄ nulla fuit unq̄ sanctior, fraude depulsus, hūc tñ postliminio reuersum nō mō nō auersat⁹ est, conatusue patrijs finib⁹ ꝓpulsare, sed suauissime etiā cōplexū charitate plusq̄ fraterna uenientē excepit, ingenitæ pietatis non iniuriæ (memor.

De Iosippo Israelis filio.

IOsippus qui Israelis fuit filius domesticum id exemplum imitatus, fratres qui se puerum uendiderant, uel perdiderāt potius quantum in eis fuit, cum in magna caritate annonæ Aegyptum petijssent, frumenti inde coemundi necessitate adacti, hospitaliter excepit nondum agnitus, adhibuitq; domestico conuiuio. tritici pretium ignaris restituit, rationem cōmentus accersendi ad se amātissimi fratris qui unus domi subsederat, ut de eius quoq; incolumitate corā cognosceret.

De Mose.

MOses Iudaicæ rei summā partitus cū Haarone fratre eum tabernaculo præfecit omī sacrorū potestate in unū collata, quā postea dignitatē ne ille amitteret, oratione, & miraculis certauit cū populo. nec prius destitit assertæ dignitatis satagere, q̄ id sacerdotium fratri in omne uitæ tempus stabiliuit.

De eodem.

PAri pietatis affectu uir ille summ⁹ sorori ueniā e cœlo impetrauit, cum iam lepra contacta esset, q immodicæ linguæ fœmina fratrem libertatis autorē seruatoremq; populi, probrosis uerbis incessere esset ausa.

De Petro apostolo, & Andrea eius fratre.

PEtrus Bariona, & Andreas eius frater, adeo uterq; alterum dilexit, ut quod uni fuit cordi, fuerit & alteri. piscatu ab ineunte ætate uterq; uixit. hic retibus relictis Christum secutus est, secutus est & ille, ambo apostoli nomen tulere.

Ambo Christi nomen professi mortẽ oppetiuere, & ut extrema primis responderent, cruci ambo affixi, ut quorum mens semper una fuisset, unus esset & exitus.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Castoribus.

IActat Theramneos fratres Græcia magis pietatis officio ꝙ animorum concordia. hic eques fuit, ille pugil. cæstibus hic, ille habenis usus. nec idem exitus, mortalis Castor, Pollux æternitatẽ sortitus est. in eo tamẽ alter memorabilis, ꝙ immortalis mortalem uitæ dimidio redemit.

De Agamemnone.

MAgnũ, & egregiũ fuit id mun⁹, ac nescio an ullũ maius esse potuerit mortalitatẽ admittere, ne in oĩe tẽpus frater moreret̃. fuitq; id multo plus ꝙ uniuersam Græciã armare, ne fraternus esset amor inultus, ꝗd Atridarũ maiorẽ natu fecisse proditũ est. Decẽ annos ad Troiã bellauit, ne minor frater ademptã coniugem sine uindice suspiraret.

De Aphricano maiore.

FVit & maioris Aphricani erga Lucium fratrem non uulgaris affectus, cui ut extra sortem Antiochus, & Syria prouincia decerneretur, Ad bellum graue, & laboriosum gerendum legatum sese illi obtulit.

De Fuluio Flacco.

FVluius Flaccus cũ multa ope Capuam obsideret, magnaq; uirtutis fama ob Pœnũ a castris multa ui repulsum a senatu per literas petijt, ut liceret sibi Romam occurrere ad Fuluij fratris salutem tuẽdam, cui a Tribuno plebis dicta erat dies, ꝙ ipsius temeritate ad Herdoniam cæsus esset. Ro. exercitus.

De Tiberio Cæsare.

CElebris & Tiberij Cæsaris pietas in Drusum fratrẽ, cui⁹ in Germania extincti Romã usq; pedib⁹ mœstus, & squalore obsit⁹, est cadauer ꝓsecutus. magno amoris testimonio in uiuum, sed maiore aliquanto pietatis in defunctum.

De Publio Rutilio.

PVb. Rutilius leui morbo impeditus, adeo de fratris dignitate sollicit⁹ fuit, ut in petitione consulatus audita eius repulsa continuo animã efflauerit.

De Intaphernis coniuge

NEc sua desunt mulieribus exẽpla in fratres. quorꝫ illud maxime memorabile fuit. Intaphernes unus ex Darij socijs, qui persarum regnũ a Magis fratribus furto occupatũ armis uindicarunt, is post summã rei Dario delatã cum a cubiculi ministro regẽ adire ꝓhiberet̃, ira percitus aures illi, & nasum abscidit, estq; ob eam noxã Intaphernes cũ oĩ uirili stirpe ad suppliciũ arrept⁹, iacuit ei⁹ uxor plures dies ante regis ianuã miserabiliter ꝓuoluta, cũ lachrymis, & flebili lamentatiõe, cuius afflictiõe miserat⁹ Darius misit q illi nũtiaret, ut unũ ex his qui interficiendi essent, sibi deposceret. futurũ ut illius quẽ incolumẽ uellet, ipsius lachrymis uitã condonaret. ut unus aliquis seruatus futuræ esset orbitatis leuamen nemo fuit cui nõ ꝑsuasum esset fore ut amantissimi cõiugis aut uni⁹ filiorꝫ sibi uitam optaret, sed mulier fratrẽ depoposcit, cæterũ iussa a rege dicere qd esset ꝙ fratrem tãto uiro, & filijs ꝓtulisset. sum inqt ego rex adhuc iuuenis, possumq; ꝓinde iterũ & nubere & parere. frater parẽtibus senio cõfectis si adẽptus sit restitui nõ põt, q̃ uoce rex uehemẽt̃ cõmot⁹ ñ frẽm solũ, sed et filiũ natu maximũ illi restituit

De Claudia Vestali.

Claudia uestalium una, quia frater a Tribuno plebis triumphare prohiberetur, cum eo currum ascēdit sacerdotio freta, cessit sacrosanctus magistratus religioni, quæ eo die uerius q̃ imperatoris uirtus triumphauit.

DE FIDE ET CHARITATE SERVORVM ERGA DOMINOS. CAP. VIII.

De Israele.

Parum uere dicitur (ut arbitror) nullā inter hoīes fidē posse coalescere, nisi inter eos q ex æquo uiuunt, tanq̃ ita sit natura cōparatū, ut q seruitutē seruiūt, cū eis, in quorū mācipio sunt, anīo dissidere oporteat, uel quia seruire nolit mens hoīs, aut q̃d imperare nesciat, sed contra summi uiri, summoq; loco nati tam pulchre seruiuerunt, q̃ & cōstanter antea cum regnarent imperitarūt. famulatus est (ad id q̃d attinet) annos q̃tuordecim Israel Labani auunculo suo spe cōnubij cū septē debuisset, si Lya quæ dabat̄, placuisset. pertulit itaq; longū seruitiū ut Rachele potiret̄, fuitq; famulatus ille uoluntarius non coactus, & ob eam rem fortasse minus grauis. sed nihil habuit seruit⁹ illa pulchri⁹ tolerātia q̃ utiliter oībus uitæ partibus accōmodat̄. huic ꝟo de q̃ nūc sermo est utilissime.

De Iosippo.

Sed q̃ patiens fuit hic, cuius mentio proxime facta est, tam profecto, ac nescio an plus etiam Iosippus eius filius in Putipharem, apud quem seruiuit, fidelis, a quo in Aegypto emptus, stupriq; ab eius uxore sæpius appellatus, in carcere, & uinculis esse maluit, q̃ hærilem domum adulterio polluere.

De Anu Ebronitana.

Non tulit seruitij nomen Anus illa Ebronitana, fuit tamē nihilo secius serua, quia sub rege esset, regeq; superbissimo, ac tyrannici spiritus. oraculo tamē edocta fore, ut postridie illius diei Saulus rex cum filijs eo prælio caderet, quod cum Philisteis instabat, iacentem, & afflictum regem consolata est. saginatumq; illi uitulum apposuit, ut non solum animum, sed affectum etiam corpus reficeret, magis pristinæ, q̃ præsentis fortunæ memor.

De Dauide rege.

Quod si seruire iure dicūtur, qui sub rege superbissimo sunt, quis in suū unq̃ fuit dominum maiore q̃ Dauid fide in hoc, ipsum regem quem mox paulo periturū Ebronitana Anus tam honorifice penes se habuit: erat is Dauidi adeo infensus, ut nullus in tota Iudęa esset locus ab regis insectatione non illi infestus. cæterum cum sæpe regem iniuriæ obnoxium habuisset, maluit regiæ uestis laciniam recidere, q̃ ceruicem. & dormienti urceum potius adimere uoluit q̃ caput.

De Paulo Nolano Antistite.

Verum nulla seruitus tam uoluntaria fuit, q̃ Pauli Nolani Antistitis, & ob id fortasse omniū maxime celebranda. postea q̃ is omnia sua Vandalicis temporibus impendit, in Nolanis ciuibus ex Aphrica redimendis, seipsum (quando nil præterea reliquum erat) hostibus dedit, ut uiduæ filiū redimeret. hic regij cultor horti tam fideliter, dextereq; id obire mun⁹, ut merito esset oībus charissim⁹. Ceterū nihil ęque illi ꝓfuit ad gratiā ꝓmerēdā, ac de ei⁹ sanctitate inter barbaros opinio, secutaq; diuinatio de futura rerū mutatiōe, cui cum euētus abūde rńdisset

tantum apud nouum regem meruit, ut cum suis popularibus libertate donatus, magnaq; frumenti copia triumphanti similis Nolam remeauerit.

DE AETNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM De Hercule.

THebanus ille Hercules, q Amphitryonis est fili⁹ dict⁹, siue oraculi monstu, siue casu in Lydia (q̃d satis cõstat) humilit̃ seruiuit, ut inter cõseruas puellaria obiret munia, calathũ, & pensa tractaret illa uictrix dextera, q̃ omnia orbis monstra sustulit. tantũ unũ hoiem alioqui inuictum mutare potuit, (aut necessitas, aut uoluptas.

De Diogene Cynico.

QValis præterea fuerit Diogenis Cynici seruitus, Xeniadis Corinthĳ, qui tã nobile mancipium emit, publice uox testata est. qui rogatus (ut fertur) quẽ hominem domi emptum haberet, non hominem (inquit) habeo, sed bonum Genium. qui domum meam ingressus sancte, & iuste seruit apud me seruitutem.

De Asdrubalis percussore.

AGe nũc & qua fide seruiuisse putãdus est Barbarus ille in Hispania, q ut herum ab Asdrubale Pœnorũ duce interfectũ ulcisceret, summũ eius gẽtis imperatorẽ obtrũcare nõ dubitauit. cæterũ raptus ad supplitiũ, atq; acerbissime discruciatus, tantũ absuit ut signũ ullũ tristitię aut doloris dederit, cũ uarie torqueretur, ut post multos cruciat⁹ lætitia gestiẽs tanq; optate ultiõis cõpos expirauerit.

De Philocrate. C. Gracchi Seruo.

QVid Philocrates. C. Gracchi seruus. qñ in ullo eius fortunæ tam euidẽs apruit fides: siquidẽ Gracchus ciuili seditiõe ex Auẽtino deiect⁹, amicorũq; fauore destitutus in Transtyberinã regionem fuga delatus, ubi sensit percussores adesse, pectus Philocrati seruo obtulit ferro hauriendum. paruit ille. Cæterũ ferrum ex herili corpore eductum confestim in se uertit, mortemq; sibi consciuit, ne cadẽti dño superesset. q siue sic cõciderit, siue (ut fertur) q̧ herũ cõplexus ab eo diuelli nequiuerit, nisi multis uulnerib⁹ cõfossus, certe nõ uulgare dedit fidei exemplum, q nõ modo nõ supstes dño esse uoluit, sed ne cadentẽ quidẽ uidere potuit.

De. P. Catreno Philotimo.

PVb. Catrenus Philotimus non seruus, sed iam libertate donatus, & omnibus bonis relictis hæres, ita tamen fuit erga patronum affectus, ut in defuncti rogum, doloris impatiens sese coniecerit.

De Seruo quodam.

NEc illa uulgaris fides in seruo, q̧ Triumuirali conspiratione proscriptorum quendam fidelissimus seruus sepulchro texit, quoad ipse ad mare occurreret, ut nauigium ad fugam expediret. mox inde reuersus herum interfectum inuenit, sed adhuc paululum spirantem. tum ille sustine (inquit) here, & hoc uide, uibratoq; ferro turmarũ ducem, qui ad cædem uenerat in uestigio obtruncat. mox suum hausit pectus inclamans, & hoc solamen mortis accipe.

DE PECVLIARI STVDIO, ET MORIBVS DIVERSARVM FAMILIARVM. CAP. IX.

DVplex cura exercuit omnem Protoplasti progeniem, ut diuinæ testantur literæ, hæc uocum quibus res significarentur, altera uero artium ad usum uitæ cõminiscendarũ. uerũ tam etsi nominũ inuẽtio ad primũ parentẽ referatur.

credere æquũ est, non cum solus adhuc ille esset, multũ operę in ea re posuisse. sed postea quã filijs & nepotib⁹ est auctus, tum cura assidua & studio effectũ, vt oĩa sua voce signarent, vt cõmodius inter se agerent mortales expressiusq; cognoscerẽtur oim desyderia. secuta nec longo interuallo recentior cura excogitandarũ artiũ, quod studiũ peculiare fuit ijs, qui a Protoplasto longo serie ꝓcreati sunt vsq; ad Cataclysmi tempora. qui & literarũ inuẽtio ad hos referẽda est, si vera sunt quæ de duabus columnis ꝓdita sunt memorię. quibus ante diluuiũ constitutis, totũ illud de mundi origine & eius cõsumatione arcanũ primi illi mortales exscripserint.

De domo & familia Noe.

FVerunt hæc primæuę illius domus propria. at secundariæ cuius Noe fuit author, ꝓpagandæ gentis studiũ. ex nulla vnq; regione domo ue tot coloniæ aut plures in colonias missi, quã ex ea terra quã Noe & illius successores post diluuium tenuere. nulla propemodum regio est in terris, quæ aut non primũ sit ab his culta, aut recenti cultu non instaurata.

De Iacob & eius domo.

IAm vero Israeli & filijs præter cętera, domesticum & peculiare fuit oues pascere. Pastor fuit Iacob cũ iuuenis esset, & filij paternũ studium secuti, tametsi multi numero pręter vnũ tamen aut alterum cæteri pasturam exercuere, adeo vni rei dediti, vt in Aegyptum profecti, eam potissimũ regionem per Iosippum a rege impetrarint, quę rei esset pecuariæ pręcipue idonea.

De Dauidis domo, & familia

NIhil fuit Dauide sanctius, nihil Solomone sapientius, nec tamen domus vlla atrocioribus pluribusq; sugillata est probris. vt Dauidis iuuẽta dissimulem, sceleri sæuitiæ & furori obnoxia, vt mutuæ filiorũ cædes, adulterium parricidio auctum, filiorũ stuprum, Absalonis defectio, domesticũ bellũ, & cõtentio de summa rei, & mox Solomonis præuaricatio, regni scissio. vt nulli regũ lares atrocius sint a domesticis vexati, nulli ab externis gentibus sanctius & venerabilius culti.

De Machabeorum domo.

MAchabeorũ domus nil habuit antiquius, quã hebraicæ gentis cultum & pietatem a maioribus acceptam tueri. hinc certamen illud perpetuũ cum Syrię regibus, & finitimis gentibus, ꝓ tot vnius familiæ duces multis & varijs cladibus distractũ, vt pene plures duces domus vno tulerit paucorũ annorum spacio, quã omnibus ætatibus vniuersa Iudæa habuerit.

De Francorum regum familia.

FVit diu Francorũ regum domus Ro. Pontificibus profugiũ nulli christiani nominis reges impensius fauerunt Apostolicæ sedi, quã Pipinus & Pipini Carolus filius, qui magni cognomen tulit. eius posteri res Pontificũ pronas in lapsum, ne ruerent sæpius texerunt, aut maiore studio erexerunt afflictas.

DE ETHNICIS EXEMPLIS ET PRIMVM.

De Aegęi domo.

SEd quã constans fuit studium regiæ vnius in tuenda humanæ pietatis arce, tam leue & inconstans Aegæi, & eorũ qui ab Aegæo fuere in hospitali iure colendo & fide hospitibus prestãda. reliquit Aethram pregnantem Aegeus, Medeam expulit. Theseus huius filius Ariadnam domo abductã prodidit. Helenam rapuit.

Amazonem peremit. Demophoon, quē Theseus procreauit, Phyllidem relictā ad mortem compulit, dubiū fato an consilio sit toties fides & amor ab vna familia lesus. nulla (vt vere dicitur) domus aliquo contenta fuit exemplo.

De Cadmi domo.

MAgnū flagitiū & detestabile ad alienā pniciem amare. verū hoc minus atrox q̄ Cadmeæ domus dissidiū, diruſq; in suos sæuiendi furor. nulla vnq̄ regia tot sæuitię monstris cōuulsa est. nulla sua ipsius iniuria atrocius afflicta exilia, fugę, præcipitatiōes, nocturni terrores, mutuæ cædes, Tragici laniatus. sensit demū fraternus rogus infauste stirpis Geniū, flāmarū dissidio diritatem gentis testatus.

De Barchina domo.

MAgnū & inexpiabile fuit barchinæ domus in Ro. nomen odiū, & quod nisi cum exitio & interitu finiri nō potuit. obijt Amilcar olim hostis Ro. Po. & mox futurus si vita superfuisset. perierunt Amilcaris filij hostes atq; oīm infestissimus Annibal, qui venenū hausit ne Romanū ferret. sic aliquanto prius Sophonisba eiusdem gentis, sic Hasdrubalis vxor capta Carthagine satius rata mortem cū filijs occumbere, q̄ Scipioni cedere.

De Arsacidarum familia.

IMpius & detestabilis mos, verum quia singularis, idcirco fortasse referendus. in Arsacidarū gente parū legitime regnare credebatur qui non ex incesto matris & filijq; cōcubitu conceptus esset. tantū ritus mos ue aliquis q̄quo modo receptus valet, vt q̄d apud alios nefas sit cogitare, nō fecisse apud q̄sdā pbri sit & ignominiæ.

De Claudiorum familia.

APpiæ familiæ gentile & hereditariū fuit Romanā plebem odisse. quo affectu imbuti principes eius gentis tā cōtumaciter cū plebeijs magistratibus certarunt, vt ne rei quidem ad populū subigi potuerint ex his quidā hortatu aut precibus suorum, vt ad inuidiam leuandam vestem mutarent.

De Curionum familia.

VT his odium & perpetuū certamē cum vno ciuitatis ordine curæ fuit, ita Curionum genti eloquentiæ studiū. Nam tres cōtinua serie fuerunt in vna domo clari oratores, & in his Curio q Cæsarianarū partium factus ciuili bello secundo ad Bagadram in Aphrica mortem occubuit.

De Metellorum familia.

NEc Metellos suum defecit studiū & mos quidā affectandi cognomina vel ex ignobili victoria. hinc Numidici, Balearici, Cretici, Macedonici in eadem familia appellationes. quæ sic cum vna quā ex Aphrica victa tulit Scipio, quam frater ex Asia, cōferantur, & si multa numero, facere nō potuerunt æquilibrium.

DE DOMESTICA DISCORDIA. CAP. X.

De Caim & Abele fratribus.

OMne scelus & flagitiū protinus cum homine ortum videri potest, sed hominis culpa non naturæ. contemptus numinis, ambitio, liuor & æmulatio, inuidiæ alumni, ipsum terræ Geniū recentē & sanctum cōtinuo fœdauere. nihil erat adhuc homini ad quod inuidia liuentes oculos atolleret, nec tamen defuit illi materia cōmittendi in se fratres. vt cum duo Protoplasto filij essent, hunc æmulatio armauerit in pernitiē alterius, ortaq; est nefaria cędes ex Iudea, q̄d scelus nō tantum

obfuit penatibus recenti adhuc mundo constitutis inexpiabili cæde imbutis, sed omnẽ posteritatẽ usq; ad Cataclysmũ in pernitiẽ traxit. siquidẽ intẽpestiuo unius exilio oblita est uita suæ originis, arcaniq; mysterij expers facta, quoad aquarũ inundatio auctores culpæ, & qui auctoribus accessere, cum uniuersa terra obruit.

De domo Noe.

EGit Chaim in exiliũ pr̃is ira, peperitq; id dissidiũ terris tenebras Cimmerijs obscuriores, qbus humanũ gen⁹ semel imersum nũq; iã inde destitit a seipso dissidere, ut ad eã lucẽ quã semel amisit, & si Christi p̃dicatione receptã, etiãnũ ps hoim multo maxia caliget.

De Solomonis domo.

REliquit filio Solomon rex moriens magnũ, & opulentũ regnũ. cæterũ domestica discordia diuisum iam inde in peius abijt, grauiterq; intestinis cladibus accisum eo uenit, ut finitimis omnibus fuerit ludibrio.

De Dauidicæ domus discordia

POtuit his documẽto esse auitę dom⁹ discordia. enimuero Dauid rex a filio regio solio urbe deiect⁹ coact⁹ est cũ suis hostiliter dimicare, regnũq; ignominiosa fuga, & Absalonis cęde deformatũ nõ tã humana est ope receptũ, q̃ cœli prudentia.

De Aristobolo, & fratre.

SEd nullam magis domum afflixit id malum q̃ Aristoboli Iudæorum regis, & fratris, qui dum inter se de regno hostiliter disceptant, regnum, & urbem, in q̃ nati erant, perdiderunt. & quod malorum cumulo accessit, augustissimũ templũ, quod in urbe fuit, bello prophanatum est, magnaq; ex parte dirutum.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Pelopidarum domo.

SVnt & aliarũ gentiũ fœda in hac p̃te monumẽta, atq; eo fortassis fœdiora q̃ minus in his religiõis fuit, minorq; numinis reuerẽtia. estq; Pelopidarũ domus oĩm atrocissime his malis cõuulsa, Atreo, & Thyeste dissidẽtibus. nihil uetus aut recẽs Scena habuit detestabilius, q̃ mõstrifica exẽpla, q̃ ex ea domo p̃fecta sunt, si poetica fides recipiat̃. exijt fraternus ille furor in nepotes, ut regia coniunx incesto amore sautia non uiro pepercerit, non filius matri.

De Eteocle, & Polynice.

PAribus p̃pemodũ mõstris, sed euẽtu adhuc atrociore cecidit uetus Oedipodis regia, armauit dira regni cupiditas Eteoclẽ, & Polynicẽ frẽs, ut alter alterum auito solo, & patrio deturbaret, nec hactẽn⁹ malũ quieuit, de summa quoq; rei armis inter illos dimicatũ. Verũ dum ambo uincunt, uterq; uictus est. mutuis ambo uulneribus confossi seipsos, & regnum prius a patre perditum perdidere.

De Cambyse rege, & fratre.

FVit eadem pestis Persicis rebus aliquando exitio. Nam Cambyses Cyri filius dum uirtutem, & robur fratris plus nimio odit, capitaliterq; huic quem oderat insidiatur, nequissimis seruis fecit aditum ad suum absentis regnum occupandum fratre e medio sublato. excidit itaq; regno sua potius q̃ fratris culpa. & dum domesticam fidem ferre non potest, alienam tulit perfidiam.

De Domestica duorum regnorum discordia.

COnuulsa sunt duo finitima regna, ac grauiter effecta domestico hoc ueneno. Ptolemæorũ regia in Aegypto, & Antiochi successorũ in Syria. fœdissi-

mis utraq; domus cædibus Tragicisq; exemplis ob intestinam discordiam fugil- lata. & in his reginarum scelera, quæ sæuitia, & omi monstrorum genere ne uiris quidē posthabendæ sint. sed Cleopatra oim teterrima. fuit hæc una ex ijs q̃ uetu- stiore memoria in Aegypto reginę nomē tulerūt, matrē hęc toro expulit, filias ui duas fecit alterno fratrū matrimonio. uirilis stirpis liberos unū in exiliū egit, alte- rum interficere conata est. cui postea suorum scelerum debitas exoluit pœnas.

De eodem Regno.

HVius filia Seleuce Cleopatram sororem in Syria occidit inuito, renitenteq; marito. & quod omnium maxime fuit detestabile, quia a simulachro deę, ad quā confugerat, nō poterat regia mulier abstrahi, brachia iussit amputari. polluit eandem regiam altera Cleopatra, quæ Antiocho nupsit filij cæde quem interfici iussit, q; non auctor ab eo facta esset recepti diadematis. alteri uenenum miscuit. sed exitium quod alteri parauerat, in eius caput uertit, id a filio bibere coacta.

De Tarquinij Regia.

TVlit & Romana regia dissidium satis per se atrox, & calamitosum, sed exitu impium, ac dirum. sustulerūt minor Tulia, & maior, Tarquiniorum fratrem hic, illa sororem, uel potius uterq; coniugem. idem furor regem senio confectum solio deturbauit, deturbatum curia deiecit, deiectum, & exanimē impiæ filiæ cal- cauit currus. uerum soceri manes a genere breui pœnas exegerūt, patris umbra a scelerata Tullia. ambo enim cum filijs regno eiecti exulare coacti sunt, regnūq; male partum maximo omnium exemplo amiserunt.

TERTII EXEMPLORVM LIBRI FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM. LIBER QVARTVS.

IN operto adhuc, & uelut intra parietes domorū uersata est exemplaris hæc rerū explicatio. nunc demū in publicū egredić, ut tanq̃ in cōcione stans, aut aliqua eminētiore specula totā ciuitatis faciē consyderet, qua uitę pars mul to maxima continet, absolutaq; uirtus. & quia nihil in humanis est sanctius in religione, nihil homini tam propriū q̃ pietatis cultus, non absurdū sit arbitror de ipsa re primū dicere, in qua illa subit reputatio, q; cum ingenita sit omībus gen tibus religionis cura, tam multiplex sit uia inita colendi hoc, quod cultu, & uene ratione dignū mortales autumant, ut nullæ propemodū duæ gentes eundē sacro rum ritū simul probauerint, aut a maioribus probatū per manus acceperint. quin alij alia uia ingressi quē semel sortiti sunt sacrorū ritū, hunc ut omniū optimū, lon- geq; uerissimū tueri perseuerarunt. uerū cū innumeræ sint propemodū uiæ, quę religionis noīe a mortalibus terunć, quā Protoplastus a principio liberis, & omī posteritati proposuit, oīm rectissima est, longeq; tutissima censenda. nam hæc ad ueri numinis ducit aram, nec id arcanū ante salutis annos Iudęæ fines (quod iure aliquis miretur) est transgressum, dubiū prouidentia, an casu, an potius gentis in- stituto. nulla eñ fuit gēs unq̃ in terris suę religiōis tā tenax, q̃ Iudęi. nulla rursus alienę tā magis negligēs. indubitato ueritatis argumēto, quā soli oīm tenuere.

DE RELIGIONIS INSTITVTIONE, ET PRIMVM. De Mose. CAP. I.

AT qñ uni⁹ gẽtis imprimis religiosę mẽtio sua sponte incidit, Moses dux eorũ summus qa populũ ductaret ne rei diuinę cult⁹ ptermitteret mysticam uirgã, & tabernaculi, q̃d deo optimo maxio sacrauit, Haaroni curã attribuit, ut in desertis, & deuijs terris su⁹ numini honor redderet, nullũ rat⁹ (ut credere est) hoim cœtũ sine religiõe esse oportere, ac nisi de⁹ p̃sens sit uolensq̧ humanis intersit rebus, ludibriũ esse quicquid homo cogitet, non consiliũ.

De eodem Mose.

EIusdẽ est & illud, q̃d ad religionẽ ptinet. altare sacerdos mancus nõ ascendat sacrorũ causa, alendus tamẽ templi oblationibus. puerpera ante diem quadragesimũ si marẽ sit enixa. si alterius sexus, bis totidẽ dies sacro arcebitur. agrorum fructus, & fœtus animaliũ quinquagesimo quoq̧ anno Iudæa gens hospitibus, & clientibus cõmunes facito. seruitia manumittito. iubileũ (id solenne dixerũt ab annorũ numero) sanxit. Tabulæ quib⁹ diuinæ leges erant incisæ, & in fœderis arca inclusæ, ut cũ tabernaculo circũagerent, bisdena millia hoim legit. Sabbatorũ dies tam religiose obseruati, ut ne ad defensionẽ quidẽ suã quicq̃ illis parare fas esset. quæ res materiam præbuit sæpe hostibus in eam gentem ad libitum grassandi, quippe quæ satius duxerit priuari uita, q̃ ferrum contra religionem tractare.

De Christiana religione.

REtulit ex his quædã Christiana pietas, quæ ab illa defluxit, plura, & meliora excogitauit relatu non indigna, quia scitu utilia. ut sanctũ esset, & inuiolabile sacerdotium, qui huic uim fecisset, piorum cœtu excluderetur. pari cura datũ, ut hic ordo primum inter homines locum sortiretur. magistratus, & reges sacerdotibus cederent loco, nulli cogere aut capere fas esset, nisi Pontificis permissu.

De Eucharistia.

TAm rite hæc sancita, q̃ illud abrogatũ, ne aiales hostiæ ueteri instituto mactarentur. sanctior ritus, quem diuina instituit sapientia, ut panis quem mystice Palestinus senex obtulit, & uinum modico uerborum complexu (carmẽ notum est, & si prophanis parũ uulgatũ) in corpus, & sanguinẽ transirent, cõficereturq̧ sacramentũ, quo neq̧ maius, neq̧ sanctius sit ullũ, nec maiore ueneratiõe dignũ.

De Sanctione matrimonij.

ESt & repudium ex connubio sublatum, uagæ libidinis instrumentũ, fomesq̧ domesticæ discordiæ, ut hæreseos damnati, & impij in prophano sepelirent. & quod omnium maxime fuit salutare, nihil sibi pmisit Christiana religio, quod a uoluptate non sit, & uitio alienũ. ut qui hic legitime uiuat, is hoc uitæ instituto sit multo deo similior, q̃ homini.

DE ABTNICA RELIGIONE. ET PRIMVM

De ea, quam Ro. habuere.

COntra nulla fuit aliarũ gẽtiũ religio nõ aliq̃ ex pte contẽptu, & risu digna, qa delirio, & diritati pxima, nisi Ro. ciuitas, q̃ arx fuit, & caput humanarũ gẽtiũ, scite, p̃clareq̧ fecisse dicat, q̧ Soricis occentũ tã religiose obseruauit, ut is auditus dictaturã, & magisteriũ equitũ summis uiris ademerit.

De Simulacro Ideæ matris.

AVt illud pie institutũ dixerit aliquis, ut simulachrũ Ideæ matris pbrosis uerbis, cũ ppitiatũ numẽ uoluerũt, psequerent̃ sacerdotes ad Almonẽ usq̧ flu

uium,& quæ ne impudica quidem fœmina æquis auribus audiuisset, alta, claraq́ uoce in hymnis, qui illi canebantur, audiente populo in deorꝝ matrem iactarent.

De Ridiculis institutis.

MItto ꝙ Febris, & Pallor inter deos recepti suum in eadē urbe cultū tenuere. ꝙ uero nudo corpore Luperci uagarētur, obuiamq́ turbā cæderent loris, insanientium non religionem colentium. Cæterum ꝙ serpens ex Epidauro aduectus salutaris fuerit ciuitati malorꝝ dæmonū pstigijs iure imputat, qbus ppotens alioqui populus tam perdite seruiuit, q̄ humanis gentibus fortiter imperauit.

De Druidarum Ritu.

QVid Gallicꝫ q̄ dirus, & execrabilis ei⁹ gētis ritus: in qbus Druidę humanas hostias aris admouebant. tanq̄ illi hoi ppitij esse possent dij, p quę innocens hō uita priuaret.

De Scythicæ Dianæ Ara.

FVit & Scythicæ Dianæ ara nihilo mitior, q̄ hospites mactari consueuerūt, dira religio, & quæ hospitalia iura uinculum inter homines sanctissimum sustulit. tanq̄ parum esset hominem uiolare, nisi in uniuersum uita ipsa uiolaretur.

De Barbarico Mineruæ sacro.

VOces licet non delirū solū, sed dirū etiā ꝙ in parte Aphricæ, quodā Mineruę sacro indigenæ puellæ fustibus inter se certabāt cū corporꝝ pnitie. graue, & infestum numen, quod magis colentium supplitio gaudeat, q̄ pietate & officio.

De Aegyptiorum religione.

QVid Aegyptus portentorꝝ mater, an & hæc sanæ fuit mentis, q̄ in hortis sibi deos inuenit: Nam ut Apis, Ibis, & Crocodilus, aliaq́ monstra animaliū sileantur, cepas, & allium religiose colere nil aliud certe fuit, q̄ desipere.

De Lyndij Herculis Sacro.

VNum pter cætera exēplū arguit, pphanarꝝ gentiū stultitiā, uel potius insaniam. Lyndio ita Herculi sacrificari solitū, ut q secanti exta astarent, diras in illos impcationes emitterēt, probrosisq́ uocib⁹ incesserēt. fuisset sane multo satius Herculi omni sacro, & cultu priuari, q̄ tam ignominiose obsecrari.

DE RELIGIONIS AFFECTV. CAP. II.

De tribus pueris.

MAgnum, & laudabile honesta præcipere. sed probabilius ea seruare q̄ præceperis. pie, sancteq́ illos fecisse nemo dubitat, qui diuinū ab initio monstrauere, sed sanctius q monstratā pietatis semitā rite tenuere. est enī facile pcipere, at præstare difficile, qualis in trib⁹ pueris Hebraicæ religiōis obseruatio, qui cū scirent prophetica uoce dictū, dnm deū tuū adorabis, in caminū ignis conijci maluerunt, q̄ Assyrij regis statuā adorare. digni qui innoxiā fuerint flammā experti, quiq́ periculo seruati hymnū deo seruatori cecinerint.

De Dauide rege.

ANtiquior Dauidis memoria. is cū arca fœderis Hierosolyma importaret cū tripudio ad cantū citharæ ut priuatorꝝ unus pompā pcessit, tāto religionis affectu, ut ab uxore sit postea cauillo except⁹, ꝙ dū saltaret parū diligēter pudenda corporis texisset.

De Christo.

DOcuit ad hæc ueritatis magister, qn ipsa ueritas poti⁹, supmaq́ sapiētia, non pœna, nō pmio hoiem subigi oportere, ne a pcepta religiōe aberret. neq́ p-

cipiti ruina territ⁹, neq; terrarũ oĩm dominatu, & q̃ q̃ ipsi⁹ erãt oĩa, adduci potuit ut q̃d infra deũ esset, adoraret. testat⁹ uenisse se nõ ut legẽ tolleret, sed p̃cepto im pleret, & exẽplo.

De Martyribus.

ABundat obseruatiõis huius exemplis Christiana religio, innumeri martyrio cœlum adepti sunt, multi serra dimidiati, altis alij uoraginibus mersi, ignibus consumpti, præcipitati, trunci, lapidibus obruti, bestijs obiecti, oĩbus tamen res una fuit curæ, unum propositum, ne a pietate deflecterent, cuius uera obseruatio est, non terrestrium admiratio rerum, sed cœlestium cura, & assidua meditatio.

De Ruberto Francorum rege.

VNum etiãnum inter tot illustria sibi locũ uẽdicat exẽplũ, & si citra martyriũ non minoris tamen affectus erga religionẽ. Rubertus Francorũ rex, qui fuit Vgonis filius, adeo diligens pietatis fuit cultor, ut non tantum oĩbus sacrorũ interesset horis, sed & hymnos caneret, ceu ex initiatis un⁹. hinc (ut credi par est) contigit, ut urbium muri, qui armato obstiterant, sacris operanti cesserint.

DE AETNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Timoleonte Corinthio.

TImoleon Corinthius, qui Dionysij regnum euertit in Sicilia, tantum ab fuit, ut post clarissimam uictoriam sit aliquo modo religionis oblitus, ut paternam domum in templi usum uerterit. dignus qui non solum fœliciter consenuerit, sed etiam defuncto perpetuos honores decreuerit Syracusana ciuitas, sepulchrum in foro constituerit.

De Paulo Aemilio.

DImicatur⁹ acie Paulus Aemili⁹ aduersus Persen Macedoniæ regẽ, cũ prima luce Herculi sacrificare cœpisset, n[o]litaret, religiõe p̃fusus. xx. hostias unã post aliã mactauit, nec prius ab incepto destitit, q̃ in prima post uicesimã certa uictoriæ argumẽta extiterũt. credidit, & exptus est Aemilius sine religione nihil a mortalib⁹ fœliciter moueri.

De Alexãdro magno, & Põpeio.

COelẽ p̃uidẽtia nõ hoim cõsilio accidit, q̃ in Iudæa duo qui magni cognomẽ habuere Alexander Macedo, & mox Pompeius Hebraicæ religionis cultum non mõ non aspernati sunt, sed inoffensum etiam ab omni iniuria p̃stiterũt. hic Hierosolymis captis a direptione tẽpli militẽ p̃hibuit. ille summũ sacerdotũ sibi obuiam uenientem uenerabundus excepit, ac uelut numen quoddã adorauit.

De Cornelio Sylla.

COrnelius Sylla dimidiũ Thebani agri Ioui Olympio, & Apollini Pythio cõsecrauit, ut ex eius fructib⁹, pecuniæ q̃s ex ipsorũ tẽplis ad alẽdum exercitũ adstulerat, ipsorũ tẽplis restituerentũ, nõ ignar⁹ sacrilegiũ sepi⁹ uniuersi exercitus & imperatoris exitio expiatum, atq; eo grauius, quo tardior pœna secuta esset.

DE CONTEMPTV RELIGIONIS, ET VLTIONE. CAP. III.

VErũ q̃a sæpe neglecta religio seipsam grauiter ulta est, sitq; talis ultio in plurimis rep̃sẽtata, nihil erit (ut puto) a re alienũ, q̃n eo uenim⁹, ut quẽ admodũ p̃ q̃s uiros, & quib⁹ in locis, & q̃n religio insigniter culta fuerit, aut certe nõ uiolata, dictũ antea sit, ita nũc q̃bus exẽplis fuerit asserta, & ab hominũ iniuria uindicata coniũctim dicatũ, in q̃ illud cognitu erit nõ inutile, q̃ atroci

ter religiōis sanctitas neq; loco uno, neq; tpe, graui sit ultione defensa, aut insigni (hoim clade uindicata

De Solomone rege.

SOlomon mortaliū alioqui sapientissimus uxorijs obstrictus illecebris a maiorum pietate deflexit. uiui, uericq; dei cultum diræ superstitioni posthabuit, lucos coluit, & malos dæmones. est itaq; ob eam noxam magnis bellorum fluctibus iactatus, filiusq; opulentissimi regni hæres relictus confestim a morte patris ex huius parte multo maxima cecidit, quod futurum prophetæ uox prædixerat.

De Ioa Ochoziæ filio.

LVit & Ioas Ochoziæ filius suę impietatis pœnas, q cū unus superfuisset ex oi Dauidis ꝓgenie crudelissimo Athaliæ imperio, q̄ ois stirps uirilis uno die consumpta est ferro, infansq; furto subtract⁹, occulteq; seruat⁹ magno populi fauore sacerdotūq; ꝓrogatiua in paternū regnū restitut⁹ ꝓ insigni pietate, quā deo optimo pſtari oportuit, cui⁹ ꝓuidētia regnū recepisset maiorꝝ religionē aspernat⁹ extrariā cōplexus est, additūq; scelus sceleri. Zachariā uirū iustū medio tēplo interfecit, qa pegrinū cultū nō ꝓbaret, nec segnior pœna secuta est. difficili bello in urbem cōpulsus ignominiosam sibi redemit pacē oī regia gaza hostibus tradita, morbo deinde atrociter cōflictat⁹ domestica fraude dignū sua impietate inuenit (exitū.

De Ozia.

PAri fastigio Ozias cōstitutus cū regiæ opes affluerent, floreretq; ut si qñ alias Iudæorꝝ quisq;, otio, & regali opulentia, malorꝝ se se dæmonū pſtigijs addixit pio sacrorꝝ ritu tam stulte, q̄ impie neglecto. affuit breui cœlestis ultio. infectus lepra regnū deponere coactus est, & se in ordinē redigere, ut qui ex summo loco diuina fastidisset, idem in sordido, & humili ab omnibus fastidiretur.

De Nefario Moabitarum congressu.

QVid illi q in eadē gēte (est eñ Exēpli hui⁹ memoria multo uetustior) nō patrio ritu, nō religiōe inhiberi potuerūt a Moabitarꝝ mulierꝝ cōgressu, cōcubituq; nefario? an nō ipsorꝝ auctorꝝ morte prius id scelus expiatū? dein & cognatorꝝ: bisdenis millib⁹ paucorꝝ dierꝝ spatio pestilētia cōsumptis. insigni documento nullā domū oportere priuata charitate scelus admittere, ne q̄d in paucis peccatum sit, in multis uindicet.

De Achari sacrilego peculatu.

PErtinet ad unā domū exemplū q̄d sequit̄, culpa pene par, uindicta (& si paucorū) atrocior. fuerat in Hiericuntis excidio edictum priusq; urbs caperet̄, ut oīe aurū, & argentū, & quicquid præciosæ uestis ex præda cogeretur, ad sacrorum usum intelligeretur coactum. sed Acharus Charmi filius, siue ille Azarias fuit, chlamydē auro intextā adeptus, contra edictū & religionē in occulto habuit. rē sacrā in ꝓphanū uertit usum, mutat⁹ fauor numinis indicio fuit. Acharus sceleris conuictus cum uxore, & liberis ab uniuerso est exercitu lapidibus obrutus.

De Iuliano apostata.

IVlianus, q impator fuit, quiq; Apostatæ cognomē tulit, qm̄ uera luce temere relicta in malorū dæmonū se tenebras cōiecit, nō solū desertor fuit religionis, sed contēptor etiā, & derisor. homo impius e cœlo (ut creditur) media acie ictus cadens, expertus est q̄ male tuta sit humana uis, quæ irato numini obijcitur.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Pharone Rege.

SVnt & pphanæ gẽtes nõ ſemel hãc neglectæ religiõis ultionẽ exptæ numinis pmiſſu,ſed maloꝝ fraude dæmonũ. Pharon rex Aegypti uetuſti nois cũ pter religionẽ haſtã in Nilũ cõtorſiſſet uiſu priuat⁹ eſt,cæterũ ꝙ pudẽdo dæmonũ aſtu lucẽ amiſerat,tam ridiculo recupauit, inſtructus oraculo fore ut lucẽ reciperet,ſi eius mulieris urina q̃ uiri dũtaxat ſui cõcubitu uteref,pfunderenẽ oculi.habuit ille oraculũ in occulto.inde remediũ in ppria cõiuge, & in multis fruſtra expertus, in humilis fortunæ fœmina inuenit.hanc igitur ſibi matrimonio iunxit Phæro,cæteras ad unam cum coniuge, & tota urbe iratus combuſſit.

De Cambyſe Rege.

MIſit Cambyſes maioris Cyri filius quinquaginta hominum millia qui templum Ammonis Iouis diriperent contemptu(quis neſcit?)religionis.direptum incẽdio fœdarent.ſed ingens illa hominũ manus cum inter Oaſim, & Ammonios pranſa eſſet,ſubita uentorum tempeſtate priuſꝙ ad locum ueniretur, arenarum cumulis obruta eſt,ut nemo ex tanto agmine ſit nuntius repertus. ex proximis tamen arenarum accolis eius rei fama ad poſteros manauit.

De Gallorum ſacrilegio.

SVnt & Galli q cũ Brẽno Grcciã inuaſerũt expti ꝙ hũanę opes parũ ualeãt aduerſus religionẽ.Enuero Barbari Delphicũ tẽplũ oppugnare adorti, ut eius donaria diriperent,pdigioſa tẽpeſtate,terroreq; lymphatico pculſi præcipites ad ima mõtis, in multa corpoꝝ, & armoꝝ ſtrage cõpulſi cõcepti pœnas ſceleris luerunt.

De eodem Cambyſe Rege.

CRedit Cambyſes, de q̃ proximo eſt loco memoratũ,eodẽ ferro cõſumptus q̃ Apim in Aegypto uiolarat.ſed maloꝝ id ſchema fuit dæmonũ, ne ex ijs tenebris,in quas Aegyptum deiecerãt, ullus ipſi genti pateret ad lucem reditus.

De Toloſano Auro.

ABijt Toloſanum aurum in prouerbium, quod ſacrilegio quæſitum exitio eſſet attingentibus.eſtq; id ſcelus non priuata ſolum,ſed publica etiam clade quandoq; expiatum.octoginta & amplius millibus hominum Cimbrico bello circa Rhodanum uno prælio amiſſis.quia Cepio, cuius ductu, & auſpicijs eſt tam infœliciter dimicatum,eiuſmodi auro non abſtinuiſſet.

DE IVSTITIA. CAP. IIII.

ESt iuſtitia uirt⁹ oim princeps,tã & ſi uulgo parũ fauorabilis.hanc alioqui oim maxie ſuſpiciũt mortales,colũt,reuerenẽ.iuſtitia tuta, & fida comes hũanæ uitæ.iuſtitia,imperia,regna,populi, ciuitates regunẽ. q̃ ſi e medio tollaẽ,ſtare nõ poſſet hoim ſocietas. cõtinẽt ſacrę lrę ueteres, & recentes grãdia uirtutis hui⁹ exẽpla.ſunt & pphanis ſua.ſed ex inſtituta relatiõe noſtratia auſpicati⁹ dabũt inchoamentũ.

De diuina Iuſtitia.

MAgnũ cõditor ille,& parẽs oim de⁹ optim⁹ maxim⁹ mũdo adhuc recẽti ppoſuit mortalib⁹ iuſtitię documẽtũ,q primũ parẽtẽ cũ cõiuge,q a lege aberraſſent,ppetuo multauit exilio,moriẽdi inuicta illis neceſſitate, ut ſciret ois poſteritas oportere legib⁹ obtẽperari,aut ꝙ flecti nõ poſſint pcib⁹,aut q a nõ debeant.

De Publica Iudæorum iuſtitia.

RAro iniuria ulla magis iuſte,& a pluribus uindicata eſt, ꝙ cum oẽs Iſraelitæ tribus,Beniaminos hoſtes iudicarunt,quia fœdũ ſtuprũ a paucis eius gẽtis

tribulibus Leuiticę fœminę uiolenter illatũ inultũ paterenť. bellũ itaq; publice decretũ est, atq; uni gẽti illatũ. uindicata atrociter iniuria. maluit populus æquitatis amicus membro uno corporis carere, q̃ nefarium scelus non uindicare.

De Solomonis iustitia.

EC qñ iustius q̃s q̃ decretũ tulit q̃ Solomon: cũ mulieres duę utraq; puerperæ ancipitẽ partũ sibi uẽdicarẽt, ꝓ tribunali interfat⁹ ceu res ęquius decerni nõ posset, dimidiatũ ingt puerũ habete. assensa est q̃ calumniã de puero alteri intenderat. cõtra q̃ cõscia sibi erat sui partus, quin uiuat inquit potius puer, & illa totũ habeto. quẽ mulieris affectũ secutus Solomon puerum huic cuius erat, restituit.

De Danielis iudicio.

IVsta & Danielis inq̃sitio q̃ piculũ q̃d Susannę insonti intẽdebať in accusatores uertit, inuenitq; fraus pœnã quã pudicitię astruebat, cessitq; simulatę uirtus innocentiæ.

De Christi responso.

AGe q̃ iuste, sanceq; p̃ceptor ille, assertorq; summus iustitię, Iudęorũ cauillũ discussit: q ut eũ ĩ responso caperẽt de numismate cõsuluerũt, rogãtes an liceret dare cẽsum Cęsari: tũ ille cui⁹ est numismatis hui⁹ inscriptio: Cęsaris aiũt. ite igiť, & q̃ Cęsaris sunt, reddite Cęsari. & q̃ dei, deo. docuit cœlestis illa, & æterna sapiẽtia Iustitiã esse scientiã quandã, quæ quod suũ sit reddat unicuiq;.

De eodem.

PAri propemodũ exẽplo monstrauit iustitiã a iustis oportere nocentibus opponi, nõ ab his, q cũ pessimi sint, in alios iure exercẽt. adduxerãt Iudæi ad illũ mulierẽ in adulterio dep̃hensam quærẽtes esset ne manifesti criminis cõperta lapidibus obruẽda: quisquis uestrũ (ingt lux illa ueritatis, quin ipsa potius ueritas) est criminis expers, in eam lapides primus iaciat. ad quã uoce alijs alio dilabentibus, soluta est multitudo, mulier uero periculo seruata, iussaq; non amplius delinquere, ut palam esset non uindictam, sed uindictæ auctores repudiatos.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Aristide Atheniensi.

ARistides Athenięsis, ut & aliena cõsectemur, ob insignẽ iustitiæ opinionẽ iustus cognominat⁹ uniuersę Græcię populis cẽsum descripsit tãta æquitate & iustitia, ut Gręcorũ fœlicitas sit dictus. & quæ eum tulit, autea sit ætas appellata, ac ea quæ Saturno quondam rege fuerat.

De Lycurgo legumlatore.

NOn paruũ & in Lycurgo extitit æquitatis studiũ, qui ita ciuibus suis spartanum agrũ partitus est, ut cum aliqñ peregre domũ reuerteret, demessam segetẽ in agris, & aceruos segetũ contẽplatus paribus interse spatijs dispositos ex campestriũ prædiorũ meditatione, conuersus ad suos subridens, uidetis inquit q̃ multorũ fratrũ Laconicus ager esse uideať, qui ex æquo sint inter se hæc partiti.

De eodem Lycurgo.

AT nõ agrum ille tantũ, sed iura quoq; ita æquauit ciuitati, ut Agis rex uictis Atheniensibus domũ reuersus, quia ad Phiditia (erat id publicũ cõuiuium) non accessisset, Ephori portionem cœnæ petenti regi mitti prohibuerint. Cæterũ postridie quia iratus Agis sacrificiũ non obiuisset, publice dãnatus est, ciuitas sancte instituta, & ob id digna, quæ interitu carere debuisset, si qd in humanis esset,

quod perpetuo stare posset, in qua non licuit regi lautius cœnare, q̃ priuatis.

De L. Lucullo.

COnsumpserat omneis Asiæ pp̃los fœneratorꝫ inexpleta uoracitas, iã inde ex q̃ Sylla ingẽs ipsi gẽti tributũ impauit, impatũq; crudeliter exegit, omnia publica, & priuata in fœnus abierãt, iam & capita hoim ob alieni æris magnitudinem libertate priuari, cũ L. Lucullus iustissimo decreto fœneratoriã licentiã cohibuit, est & fœn⁹ ip̃m ita moderatũ, ut breui sit, puincia in meliorẽ statũ restituta.

De Catone Vticensi.

QVid Cato? qui cum Ciceronis factũ non pbaret, q ille publicas tabulas, in quibus erant Clodiani tribunatus acta in Capitolio fregisset, dictitantis non oportere illa rata haberi, quæ is qui contra leges esset Tribunus plebis factus rogasset, tum Cato frequenti Curia eum inquit ne dicas præter legem creatum, qui permittẽte lege ad plebẽ transijt, & ut plebeius tribunatũ cœpit. q̃ si (ut pleriq; fecerunt) abusus est, eum corrigendũ censeo, nõ tribunitiã potestatẽ labefactandã.

De Manlio Capitolino.

SEruauit Capitoliũ M. Manlius sæpius in acie stetit pro patria, strenueq; dimicauit, accepit aduersa uulnera, ciues seruauit, præmia tulit, & in toga multo alieno leuauit ære, est nihilo secius populi suffragio damnatus, quia supra fortunam priuati ciuis aliquid optare crederetur. adeo nullum ab initio ciuem ferre potuit Ro. populus, qui legibus, cum opus esset, cogi non posset.

De P. Cassio.

SIc P. Cassius domi, sic Meli⁹ Spurius aliquãto antea in cõspectu populi ambo interfecti sunt, q uterq; ciuili multitudini ambitiose, nec sine affectati regni suspitiõe gratificaret. tãto fuit tũc iustitiæ, & æqtatis maior, q̃ pprij cõmodi ratio.

De Octauio Augusto.

CVm Nonius hõ Augusto principi pnecessari⁹ ueneficij causam diceret, dubitasse dicit̃ Octauius, q̃ essent suæ ptes, ueritus ne si reo superesset sua auctoritas legibus reum eriperet. cõtra ne a se destitutũ p̃damnare uidereṫ. amicis itaq; consentientibus sedit in subsellijs aliq̃t horas uerũ tacitus, ne iudiciali quidem laudatione usus, ne princeps plus uelle uideretur, q̃ ciuitatis iura postularent.

DE INIVSTITIA. CAP. IIII.

BEne & fœliciter actũ esset cũ hoie in uita, si plures oino essent q ex æquo uirtuti, & uitio studerẽt, uel i eo saltẽ æqlibriũ fieret, ut nõ multo maior pars hoim pprio affectu, & uoluptate traheref̃, q̃ duę pestes hũanę societatis, adeo nõnunq̃ puertũt o m̃e recti, & æqui iudiciũ, ut nec qd deceat uideat hõ, nec qd uitę expediat. hinc praua illa multitudinis iudicia. hinc regũ, & populorꝫ ab æqtate, & iustitia lõgissimi deflexus, q dũ affectũ animi cõsulũt, rationis, & officij obliuiscunt̃.

De prauo Israelitarꝫ studio.

ID cum sæpe fecit israelita ille populus in deserto deo seruatori, & suo duci ingratus, tum nequiter maxime, cũ paucorꝫ impulsu de imperio Mosi abrogando & Aharoni sacerdotio cogitauit bñficiorꝫ imemor. abrogassetq; haud dubie oibus suffragijs, nisi diuinũ oraculũ, ad q̃d res delata est, Aharoni sacerdotiũ stabilisset, reddidisset q; Mosi imperiũ adhuc augustius. Abyro, Datan, & Chore, seditionis auctoribus manifesta numinis ira subito terræ hiatu absorptis.

De eodem populo.

PErcussit fœdus eadē gens æquis legib⁹ cū Gabaonitis Chananeorꝫ gēte. cæterū Iudæi uictoriā adepti, quia iusiurandum ex instituto gentis uiolare non sunt ausi, Gabaonitas ex socijs, & fœderatis castrorum lixas, & calones fecere.

De Iniusta filiorum Israelis cæde.

POtest Sichimitarꝫ cædes ob Dinæ stuprū uideri nō iniusta. sępe em̄ id genus iniuria est atrociter in multos uindicata, sed tūc medicina modū excessit. em̄ uero aliqd uidisse credēdū est Israelē senē iustissimū, q tabernacula, & filios ob eā rē solēni ritu expiauit.

De eisdem.

VErum illud iniuste, impieq; factū credi potest, ꝙ Iosippū fratrē insontē, iuxta Deo optimo, ac patri gratū primo interficere cogitarūt, sed admoniti ab eorum uno præcipitaruntq; in profundū puteū, inde exemptū Ismaelitis uendidere manifesta cœli prouidentia, ut per eum quę perdiderat perditi seruarentur.

De Dauide rege.

IVstus, & pius Dauid rex, sed iustior diuina lex, ac longe sanctior, quæ nulli hominum permisit unq; alienā coniugē attrectare. at Bersabe, quæ Vriæ connubio locata erat, accersita ab eo est absente uiro. & q̄ illa flagitiose adulterata, tam iniuste Vrias neci deditus. sed fœlix culpa, cui pœnitentia superfuit.

De Pilato Præside.

NEq; non iniuste fecisse dicā, cū impie etiā fecerit Pilatus Hierosolymorꝫ præses, qui non iustū sed ipsam damnauit iustitiā. nec imprudens fecisse uideri potest, qui nisi iniuste, & impie se facere sensisset, nunq̄ lotis manibus nefarij illi⁹ iudicij expers credi uoluisset. ceu quisq; sibi sceleris cōscius aliqua sui parte mundus esse possit. sed dum Cæsarem timet, iratum numen expertus est.

De Herode Rege.

INiustus & Herodes, uel potius impius, q priuignæ gratificat⁹. Io. Zachariæ filiū, quo post Christū nemo fuit sanctior, interfecit. dignus q cū incesta coniuge extremo affectus sit supplitio, & per exquisitissimas uterq; pœnas discruciatus.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Atheniensibus.

SEd q̄ magis a uero cæterę gētes aberrarūt, hoc plura in eorꝫ reb⁹ est huiusmodi exēpla reperire, & ut ab ea ciuitate ordiar, q̄ oim sapiētissima diu iudicata est, qd magis alienū a iustitia fieri potuit, q̄ ciuē optimū toti⁹ ciuitatis suffragio urbe eijcere? nō imprudēter, aut qa patriæ ciuiumue cuiq; obfuisset, sed ꝙ ferre nō potuit ciuitas, ut ipsa testata est, unius uirtutes uiri passim p̄dicari.

De Ro. populo.

PRæstitit R. po. cæteris mortalibus non minus iustitia, q̄ bellica uirtute, & illius in publicis iudicijs sæpius seruatæ clarissima extant exempla. sed ut Aegyptus, quæ optima gignit medicamenta, eadem & uenena teterrima, sic fœdissima quædam extiterunt aliquando apud Romanos publica iudicia etsi rara, extiterūt tamen. quale illud cum Ro. po. Ardeatibus, & Aricinis ambigui utrorumq; agri factus iudex, capularis, & deliri consilium senis secutus sibi agrum addixit, publicumq; iudicium in suum beneficium uertit.

De Fabiano Iudicio.

ACcepit huiuscemodi exemplum a maioribus Fabius ille, qui Neapolitanis ex urbe, Nolanisq; de finibus inter se disceptantibus iudex datus, cũ utrisq; seorsum egit, ac tenuit, ut paululum suos fines contraherent. tum uero quic quid agri in medio relictũ est Ro. populo adiudicauit. fuit hoc (quis non uidet?) decipere, non decernere, non iudicatio, sed præuaricatio.

De Appio Claudio decemuiro.

NEc illud nõ detestabile, & si postea insigniter uindicatũ, q Appi⁹ Claudius decẽuir. Ro. legũ lator mala libidine stuprãdę Virginiæ Ro. po. astãte con tra legis pscriptũ, quã ipse priore anno tulerat, uindicias dedit a seruitute cõtra li bertatẽ, fuit tã iniquũ decretũ autori ipsi exitio, qd collegas oẽs postmodũ inuol uit.

De Carthaginensi senatu.

QVid Carthaginẽsis senat⁹ an iuste fecisse dici põt, q Saguntũ cõtra fœdus, qd Hasdrubal publico cõsensu cũ po. Ro. icerat, expugnatũ, & excisum ab Annibale nõ solũ pbauit, sed tanq; iure id fecisset, aduersus Romanos in curia fa ctum defendit? sed cauillũ q tũ illi usi sunt, in ipsi⁹ demũ ciuitatis cõuersum est ex cidiũ.

De Ro. Po.

ENimuero q secũdo bello punico iniuste Pœni fecisse credunt, tã me hercule nec minus Romani tertio, & ultimo, quod cum Carthaginensibus gessere, q nulla ab ea ciuitate iniuria lacessiti bellum illi intulerunt. idq; nõ prius ostenderũt, q ciuitatẽ ipsam obsidibus prius impetratis, & acceptis armis etiã spoliassent.

DE FORTITVDINE. CAP. V.

EXempla fortitudinis in omĩ gẽte, & si nõ adeo multa, aliqua tñ in singulis cẽseri pñt. Romanorũ vo fortia facere, & pati tã fuit pprium, q uolat⁹ auiũ, piscium natat⁹. Cæterũ post Quiritiũ gentẽ, q haud dubie in hoc gñe uirtu tis oẽs alias lõge pstitit, Iudæi (si uera sunt, q Iosephus de his tradidit) non sunt in postremis habẽdi, astipulantẽ huic diuinę literę, qb⁹ fidẽ abrogare sit nefas

De Abraamo.

FOrtis quidẽ, & pferocis fuit Abraam ingenij, q cũ totus Oriens Assyrio pare ret imperio, essentq; eius gentis opes omnibus formidolosæ, is Chananeæ ter ræ incola, cum parua hominũ manu, quã ex omni familia legerat secutus Assyrio rum copias, quæ Sodomæ urbis rege acie uicto, & profligato grandẽ ex ea terra prædã, captiuorũq; numerũ ingentẽ ob tributũ sibi denegatũ abduxerant, circa alterũ Iordanis fontẽ ex improuiso adortus magna ex parte cecidit, fœdeq; difie cit. captiuis cum præda receptis, & in his Loth uiro iustissimo fratris sui filio.

De Dauide

DAuid, qui postea rex fuit, tum uero admodũ adolescẽs, cum Iudæorũ nemo ex puocatione auderet cũ Goliathe Philisteæ gentis immanis staturæ uiro dimicare, solus oim extitit, qui certamẽ (ut apparebat) iniquissimũ nõ detrectarit. & qd plus etiã admirationis habuit, funda dumtaxat instructus uicerit. uiolento eñ excussi lapidis ictu moribundũ hostẽ, quantuscũq; fuit, solo explicuit, ad cui⁹ casum nobilis uictoria ex ualidissimo hostium exercitu est Iudæis quæsita.

De Ionatha.

IOnathas Sauli filius hostiũ castra uno dumtaxat comite noctu ingressus, diuq; ac multum in Philisteos nocturna cæde per occasionem grassatus, tantum illis

terrorem incussit, ut multa millia hostium fugata sint, atq; horum pars multo maxima Sauli regis occursu in fuga interfecta.

De Iuda Machabeo.

NVllus Hebraicæ gẽtis sæpiꝰ cũ hoste certauit ꝗ Iudas Machabei filius, nullus minoribus copijs fœliciꝰ, ut pene plures unꝰ sit uictorias adeptꝰ, ꝗ cæteri Iudeoꝝ duces, qui post Mosem eius gentis exercitibus præfuere. & ꝗd omnium fortissime fecit, mortẽ oppetijt tam intrepide, ꝗ cũ hoste solitꝰ erat cõfligere.

De Petro Bariona.

PEtrus Bariona nõ uiribus corpis (nã ꝗ in hoie exactę ætatis esse poterãt?) sed sui regis potiꝰ fretꝰ ꝓsentia, in aduersam armatoꝝ cohortẽ, ꝗ seruatorẽ in Oliueto circũsteterat, ferrũ stringere ausus est, eumq; cõsauciauit, ꝗ temere in illũ manum iniecerat, conatꝰ ab eo uim arcere, i cuiꝰ ptãte sunt nõ solũ res hũanę, sed uita, & mores hois, aut igiẽ Bariona tũ ardẽtiꝰ amauit (ut credere est) aut quẽ tueri conatꝰ est, parũ respexit.

De Rolando.

LIbet cum a ueteris instrumenti exemplis abierim, recentiora quædã confectari, facitq; statim Rolandi uirtꝰ ne diu quærã. Hunc eñ ꝗuis multa de illo mille fortitudinis edita exempla uulgo referanẽ, quę fabulis propiora uideri possunt, non tamen id in dubium uenit omnibus sui temporis fortitudine præstitisse. Caroliq;, qui magni cognomen tulit, fœlicitatẽ, & gloriã huius potissimũ lacertis cõstitisse qui demũ in insidias cum fortissimo quoq; suoꝝ præcipitatus circa Pyrenæum saltũ, post ingentis fortitudinis patrata facinora, hostibus magno numero interfectis ceciderit, ne nuntio quidem tantæ cladis relicto.

De Principio, & Tarunte fratribus.

MAgna est fama, atq; aliquãto uetustior Principij, & Tarũtis fratrũ, ꝗ Gothicis tpibus ex urbe Roma ad pugnã egressi aduersus Totilã inclinata disiectaq; urbanoꝝ acie, sua hostibus in cædem ruentibus corpora obiecere, ac tãdiu pertinaci statu barbarum remorati sunt, quoad Principius in uestigio concidit. alter ubi suos in tuto esse uidit, defunctus prælio, multisq; confossus uulneribus, ad Pincianam portam inter suorum complexus, & gratulationes expirauit.

De Andrea Lamponiano.

ADijciaẽ his exemplũ unũ recenti memoria, sed animi magnitudine inter rara exponendũ. Andreas Lamponianus uir nobili loco natus, sed nobilior adhuc factus facinore ad posteros memorando. Galeatiũ Mariã Mediolanensem ducem ætate, & opibꝰ florentem in protomartyris æde, officiorum, & satellitum multitudine septũ, obuiã illi factus in suoꝝ conspectu sæpius ferro repetitũ necauit, priusq; a trepidantibus, & auxilio subeuntibus subueniri potuerit. dignus qui inter Scæuolas reponeretur, si publicam non priuatam ultus esset iniuriam.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Hercule.

HErcules Alcmenæ filius (si uera sunt quæ de eo græci scriptores, & Romani Græcos secuti prodiderunt) plura, maioraq; quã quisq; alius adijt pericula, nullus magis intrepide omnifaria adijt monstra. nullus fortius tulit, ualidiusq; superauit, ut siquis stultæ de eo inter deos recepto opinioni accedat, iure dubitet sit ne ille adeptus magis cœlum an meritus.

De Theſeo.

PAr propemodũ de Theſeo manauit ad poſteros fama, ſed utriq; res magis cum monſtris fuit, q̃ cum hominibus, & ob id fortaſſe amborum uirtus cunctatius cenſenda, cui poetica ſubſcripſit fides non hiſtorica.

De Cynigero.

CYnigeri Athenienſis gloria magnis eſt ſcriptorꝝ laudibꝰ celebrata, q Marathonia pugna, cũ pallãtes Medos ad naues cõpuliſſet, nauẽ hoſtibꝰ onuſtã dextra manu tenuit, q̃ hoſtiũ ferro amputata, leua remorari conatꝰ eſt, cæterũ hãc quoq; uis hoſtilis abſcidit. tũ ille ad duplicẽ cladẽ nihilo remiſſior factus, mordicꝰ nauim defixit, cædibusq; fatigatus, ambabusq; manibus amiſſis, ceu fera quædã rabida morſu, & dentibus dimicauit, quando alia ui non potuit.

De Acilio Cæſaris milite.

TAlis nec minor fuit Aciliꝰ, C. Cæſaris miles naualí bello apud Maſſiliã, q̃ dextra amiſſa, quã in hoſtiũ puppim iniecerat, in aduerſam nauim tranſiliit, umboneq; hoſtes obuios impellens uelut p̃cipites p̃ ſe egit, q̃ad Cæſariani potiti ſint (uictoria.

De Scæua Centurione.

MAior adhuc Scæuę uirtꝰ, q in Dyrachina munitiõe tuẽda Cæſarianorꝝ fortiſſimꝰ iudicatꝰ eſt. enuero oculo ſagitta excuſſo, femore, & humero trãſfixis, ſcuto. c. &. xx. ictibꝰ pforato fortiter tñ portę ſuo p̃ſidio creditę cuſtodiã re(tinuit.

De Mutio Scæuola.

ADmonuit me uetuſtioris exẽpli Scęuæ nomẽ. cui nullũ ꝑpemodũ cõparari poſſit. Mutius, cui Scęuolę a clade dexteræ manꝰ fuit poſtea cognomẽ, qppe q operoſiore manu amiſſa, leua utebaẽ, iuuenis, ac pene adoleſcẽs Porſenæ caſtra ingreſſus regiũ ſcribã, ꝑ rege interfecit. captꝰ, ſuiq; erroris admonitꝰ dexterã flãmis iniecit, ut ea pte, q̃ erratũ erat a ſeipſo pœnã exigeret. uiſum eſt id ſpectaculum cum cæteris tum ipſi regi atrox, qui unius Ro. ciuis fiducia, conſtantiaq; cõmotus pacem reddidit uniuerſæ ciuitati, urbemq; ſoluit obſidione.

De Valerio Coclite.

FVit Scæuolæ æqualis Valerius Cocles. is eodẽ bello oẽm Etruſcorꝝ uim ſolus tamdiu ſuſtinuit, quoad pons, qua hoſtes erant in urbem irrupturi, ſit ab iis, qui in tutum refugerant a tergo abruptus. tum uero a ſuis excluſus quemlibet hoſtium ad manum ſecum conferendam prouocans, ubi ab uniuerſis in ſe impetum fieri uidit, in ſubiectum Tyberim deſiliens, incolumis ad ſuos enatauit.

De Ariſtomene Meſſenio.

FAbuloſum uideri poſſit, cæterũ qa ab auctoribꝰ minime obſcuris eſt res memoriæ ꝓdita, nõ indigna relatio eſt. Ariſtomenes Meſſenius. ccc. uno p̃lio Lacedæmonios interfeciſſe memorat̃. cũ totidẽ uinctos etiã iugulare magnũ fuerit, ſed Græcia tm̃ ſibi ſcribẽti indulſit, ut nihil ꝓpemodum de fide cogitarit.

De Romulo.

PAri robore memorandũ q̃d de Romulo a noſtris ꝓditũ repio. cæſa a Romanis circa Fidenas acie una ſex hoſtiũ millia, quorꝝ Romulus plus dimidio ſua (manu cõfecerit.

De. M. Seruilio.

MVlto ſimiliꝰ ꝟo eſt q̃d de. M. Seruilio tradit̃ q; uicies, & ter ãplius pugnauerit ex ꝓuocatiõe, ac ſemp uictor i caſtra ſit reuerſus hoſtilibꝰ ſpoliis onuſtꝰ,

De Sicinio dentato.

SVnt & Sicinio dētato sua fortitudinis suffragia,ac nescio an plura etiā q̄ Seruilio.cēties uities is p̄liat⁹ est,octies ex p̄uocatiōe uictor.xlv. cicatricibus ad uerso corpore insignis. spolia cœpit q̄tuor,&.xx.duo de uiginti puris hastis ab impatorib⁹ donat⁹,phaleris uicenis,q̄nis torq̄bus,trib⁹ & octoginta armillis,cētenis q̄dragenis aureis,coronis sex & triginta.xiiij.ciuicis,tribus muralibus,obsidionali una.nouē imperatores triūpharunt eius potissimū opera uictoriā adepti.

De Manlio Capitolino.

ERat Mālius Capitolin⁹ pari p̄pemodū laude cēsendus ob multa p̄claraq; facinora domi,forisq; edita,& in his seruati Capitolij decus,nisi affectatæ tyrānidis crimen cuncta eius uitę ornamēta perdidisset.cęterū Dentato nihilo inferior, ac nescio an maior etiā in quibusdā.sed in eo flagitiū unū æquilibriū fecit cū tāto uirtutū comitatu.nā q tyrānidē affectat in libera ciuitate,is sibi nō patriæ p̄liatur.

De Marco Sergio.

MAgna in his hæc uirtutis opera,sed fortunæ adhuc maiora in.M.Sergio fuerunt.cui non solū non fauit fortuna fortiter in acie stanti, sed uehementer etiam fuit illi infesta.perdidit secundo suo stipendio dextram manum,duobus deinde stipēdijs ter & uicies est uulneratus,& ob eam rē neutra manu,neutro pede satis ualidus,militauit deinceps nihilominus uno tantum seruo usus.bis a Pœnis captus,bis uinculorū profugus,sinistra dumtaxat manu quater præliatus est. dextram sibi fecit ferream.Cremonam obsidiōe exemit.Placentiā tutatus est.duodena hostium castra cœpit in Gallia. innumeras haud dubie coronas congesturus,si tanta indoles in meliora tempora incidisset,& nō in ea,q̄ iniquissima fuerūt Ro.po.uicerunt alij,sed uicere homines.Sergius ipsam etiam uicit fortunam.

De FORMIDINE, ET IGNAVIA. CAP. VII.

De turpi Iudæorum formidine.

OMne animal uim hois,& congressum declinat.nā cū eo nullū fere dimicat nisi necessitate coactū.cōtra cōfusior est met⁹ nulli aialiū, q̄ homini aut nulli maior in metu obliuio,nec minus uidet ullū q̄d in periculo expediat, hinc illa decori obliuio,dicta,factaq; pudenda,nō in uno aut altero,sed in populo etiā uniuerso,& in numerosis exercitibus sæpius obseruata. fuga, timor, querela muliebris,potiusq; uirilis. qualis fuit indigna illa Iudæorū conquestio, cū cœlestiū imemores operū,quia exploratores in Chananeā terrā missi oīa dura.& hostilia referrent,in luctū,& mœrorē uersi,Mosem expeditionis ducē inseq̄banē ut uanū,& delirū,suā detestantes stultitiā,q tantū uni credidissent. satius fuisse in Aegypto seruire ubi ad sacietatē carnibus uescerenē, q̄ inedia, & bellorū iniuria in desertis cōfici,alienaq; terra extingui.inuidiosa querela,& execrabilis in eo p̄sertim populo,qui toties manifesta cœli p̄uidentia p̄senti esset periculo seruatus.

De eiusdem gentis sacerdotibus.

AGe p̄o & q̄ intēpestiuus fuit ille met⁹ mortis in eiusdē gētis sacerdotib⁹. q urbe magna ex p̄te capta,tēplo direpto,& incēso, & cū nil superesset ampli⁹, q̄d cū uita optari debuerit,supplicis tū sunt uitā a Ro. exercitus impatore salutēq; p̄cati.a q̄ illud tulere respōsum,nō esse opus uenia,sacerdotibus templo,& sacris (amissis.

De Marcellino Ro.Pontifice.

Par metus in Marcellino Ro. Pontifice, sed multo in hoc fœlicior. patuit enim ad pœnitentiam reditus, tam & si a principio non minus absurdus quam Hierosolymorum sacerdotum, qui templo superfuerant. siquidem Christianis rebus Diocletiani sæuitia afflictis, abolitisque sacrarum rerum monumentis, & ut Christi nomen aboleretur urbium Antistitibus supremo supplicio affectis, septemdecim piorum millibus paucorũ dierum spatio alijs alio supplicio peremptis, unus oĩm Marcellinus ad simulachra dęmonũ metu mortis sacrificauit. sed pœnitentia, quã egit, non solum illi Christianum nomen, sed & dignitatem restituit.

De Athanasio Alexandrino Antistite.

Magnus ueritatis assertor Athanasi⁹ Alexãdrin⁹ Antistes, uellet tã facile pro ueritate mori potuisse, quam sentẽtia, & pcepto tuebatᷣ. Impar eĩm Arrianorum inuidiæ sexannos in profundissimo cisternæ lacu sine solis aspectu mortis metu latuit. sed quæ prouidentia fuerit, nefas sit (credo) ad hominum consilia referre.

De Petro apostolo.

Enimuero quid sit magis a pietate alienũ, quam Barionæ uitio uertere, quod tam fortiter prima, aut altera hora noctis pro suo stetisset rege, mox captum ter ante gallicinium negarit Iudæorum sæuitiam ueritus. uerum non Bariona, quem tam ardẽter defenderat, negauit, sed Barionæ humanitas. corpus Iudæos timuit. amẽtia ex metu orta ter locuta est, non mens, quæ proposito auerti non potuit.

De Alphonso Neapolitano rege.

Adijciatur his unum adhuc exemplum Christiani hominis, sed ex prophano acceptum. non multo prius quam hæc a nobis proderentur, Alphonsus Aragonius in magno, & opulento regno a patre hæres relictus, sub Caroli octaui in Italiam descensum, fortuna regni adhuc integra, nec acie uictus, incolumi exercitu, ciuitatibus in fide permanentibus, prius quam gallus suos fines transcendisset, dubium maiore timiditate an desperatione regnum reliquit, & qui nuper a tota Italia timebatur, repente extitit omnium timidissimus.

DE ABTNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM De Antemone.

Vetus est Antemonis fama, quẽ Heraclides Ponticus celebrauit Anacreontis poetæ testimonio. is tã timidus fuisse ferẽ, ut domi plurimũ uixerit duob⁹ seruis sup caput æreũ scutũ tenẽtib⁹ ne qd supne caderet, in apto lectica non nisi adoperta ueherẽ, q mos Periphoreti cognomẽ illi dedit.

De Hasdrubale ultimo Charth. Duce.

Hasdrubal, q ultimus Carthaginensiũ dux fuit, Carthagine a Scipione capta Aesculapij tẽplũ cũ uxore, & liberis, magnaque trãsfugarum manu occupauit. metu deinde subact⁹ solus ad hostes trãsfugit, uitæ cupidus. cuius turpe effugium (uxor filiorum cæde ulta est.

De .C. Mancino.

Caius Mancinus omniũ Ro. ducum ignauissimus sua timiditate, & turpi formidine eo uenit, ut cum Numantiam in Hispania obsideret, tanquam obsessus & uictus ignominiosam sibi, & po. Ro. pacem domum reportarit.

De Perse Macedoniæ rege.

Nec Perses Macedoniæ rex multo fortior in aduersis apparuit. q regni opib⁹ fractis, tam humiliter, & abiecte prouolut⁹ iacuit ad Aemilij pedes, q eum

uicerat, ut sublatũ manib⁹ Ro. impator indignãti sil'is monuerit, ne clarissimã sibi (uictoriã turpi formidine inuideret.

De .Gn. Carbone.

QVantũ Perses p hæc a maiorꝶ ṽtute degenerauit, tãtũ ac nescio an plus etiã Gn. Carbo a prisca Romanorꝶ indole, q Marianarũ partiũ dux haud ignobilis in Sicilia capt⁹, cũ ad supplitiũ traheret̃ tps petijt ad uentrẽ exonerandũ, moram supplitio q̃rens, ignar⁹ scilicet nõ in morte esse cruciatũ, sed in uia, q̃ ducit ad (mortẽ.

De Vitellio Imperatore.

POtuit & Vitellius impator honesti⁹ cadere, nisi uitę exiguũ illud tpis spatiũ, q̃d latebrę turpiter impẽdit pdere uoluisset. enimuero Flauianis palatiũ irrũpentib⁹ ex ianitoris cella, q̃ sese meticulose illatebrarat, cũ multa ignominia extract⁹, sed maiore aliq̃nto odio añ Ro. ciuitatis oculos est ad supplitiũ ductus. sed quãto pulchri⁹ obuiã hostib⁹ fact⁹ mortẽ oppetiuisset? potuit & Othonis hostis sui exemplũ imitari, suaq; ipsi⁹ manu sibi exitũ q̃rere. breuis uita longũ illi pepit dedec⁹

De Heliogabalo.

DE Heliogabalo minus mirum. debuit enim mors ante actæ uitæ respondere, qui tumultu militari exterritus, non solum non obtulit sese irato militi, ut eum motum auctoritate sedaret, quod sæpe Cæsar Dictator, & alij fecisse dicuntur, sed cum matre fœtidam cloacam subijt. ubi multis uulneribus confossus turpem uitam turpissima morte finiuit.

DE PRVDENTIA CAP. VIII.

De Abraamo.

SI prudẽtia bonorꝶ est malorũq; sciẽtia ad hoiem ptinentiũ, scireq; est ꝓpriũ hois, liq̃do apparet totã hãc ṽtutẽ huic uni aialiũ cõcessam a natura. huius nõ uulgare exẽplũ edidit uetustissimus ille Chananeæ regionis accola, cui plus cœli numẽ ꝓmisit, q̃ hũana mens possit cape. is cũ Sarra cõiuge Aegyptũ ingressus gẽtis libidinẽ in alienas fœminas uerit⁹, ꝓ cõiuge fratrẽ egit. haud ignar⁹ id cõsiliũ, & ad muliebrẽ pudicitiã tuẽdã, & ad suã ipsi⁹ salutẽ ptinere, ꝓfuit haud dubie id hois cõmentũ, sed hũana pietas, cui⁹ ille erat diligẽs custos, utrũq; ab in(iuria seruauit.

De Noe.

QVa Noe multo hoc antiq̃or fuerit prudẽtia, nõ solũ Arca, quã tanto añ Cataclysmũ cœpit intexere, sed uetustas ipsa q̃ illũ sub Iani noie bifrontẽ figurauit, plane demõstrat, indubitato pteritorꝶ scientiæ, ac futurorꝶ argumento.

De Mose.

EXcogitauit & Moses rẽ nõ ineptã, sed q̃ nõ uulgarẽ hois prudentiã arguat. ducturus Pharaonis regis exercitum per loca serpẽtibus infesta, pro magno habuit negotio uim ibidum ingentem comparare. est auis hæc serpentibus inimica, quo præsidij genere incolumis exercitus est Meroen usq; perductus.

De eodem Mose.

APparuit hominis eiusdẽ prudentia non uulgaris in Aharonis dignitate uindicanda, cui cum sacerdotium tumultuose a populo abrogaretur, ut motus ille sæuientis multitudinis, qui in horas gliscebat, cohiberetur, nec fratrer temere spoliaretur sacerdotio, disquisitionem rei non ad multitudinis studium, cuius proprium est nihil sapere, sed ad numinis uoluntatẽ relegauit. cuius astipulatu dignitas est fratri stabilita, & competitorum impietas grauiter uindicata.

De Israele.

IAcob,q ab astu,& calliditate animi Israelis cognomē sortit⁹ est,Mesopotamiā petitur⁹,ut iratū sibi fratrē,ultiōicꝫ iminentē declinaret,qa nō nisi p Chananeo rum terrā patebat iter,cū qbus paternæ sibi intercedebāt inimicitiæ,uitabūdus p deserta,& deuia loca interdiu iter facere,noctu corpus diurno labore fessum geti dabat,atcꝫ ita magnis itinerib⁹, & alioqui infestis ad Labanē incolumis peruenit (auunculū.

De eodem.

CAutus ille,& prudēs in itu,sed in reditu cautior,q post aliqt annos domū re petens ueteris in fratrē offensæ haud imemor,pmisit q Esaum fratrē pcibus, & donis deliniret,satisfaceretcꝫ corā si q adhuc in eo ira ueteris iniuriæ insideret. p q̄ facile cōsecut⁹ est ut q̄ inuisus patriū solū uerterat,tā iucūdus sit postliminio (reuersus.

De Dauide Rege.

VIdit & Dauid ab eo oriūd⁹ nō parū.q iā senio cōfect⁹ cū i aīo haberet regnū Solomoni p man⁹ tradere,qa apparebat in tāto filiorꝫ grege nō defuturos, q iniquo aīo laturi essent,minorē natu fratrē sibi prælatū iri ad oēm domesticę dis cordię materiā e medio tollendā nō multo prius q̄ uita sit defunct⁹,regis appella tiōe in eū trāslata populo regē salutandū obtulit.sic uiuētis adhuc patris auctori tas tā ualide stabiliuit illi regnū,q̄ uix ullū necessitudinis uinculū eo extincto po (tuisset.

De Deipara Virgine.

QVid uirginū dec⁹ illud supremū Christi mater,q̄ nulla unq̄ fuit in terris san ctior,an prudētiæ rudimentū dedit exiguū cū sui ppositi sibi cōscia nō pri⁹ cœlesti nūtio assensa est,q̄ edocta sit futurū,ut uirginitate pareret inoffensa?

De Lucia Virgine.

VIderunt & Syracusæ in Lucia indigena puella præclarum uirtutis huius ex emplum.sensit hæc a pulchritudine oculorum suæ uirginitati periculum in tendi,qui præter cætera expeterentur ab insana tyranni libidine.satius igitur ra ta parte corporis una,& si nobilissima,q̄ anima quę multo sit nobilior periclitari, hos sibi spōte auulsos,deferendos dedit insano regi.ut sciret nihil in se esse amplius,quapropter ab eo timenda esset iniuria.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Semiramide.

ET nenō honor sit aliquis huic sexui,in pte operis ne pigeat muliebre ex emplum iis quæ uirorū sunt sequenti relatione præferre. Semiramis quæ a Nino rege postea in mr̄imoniū recepta est,priuata adhuc habitucꝫ igno bili ad Bactrianū bellū,pfecta,ut cū uiro esset,una oim mōstrauit regi quō cū ho stibus breui debellari posset. quo uirtutis rudimento reginæ nomen adepta post uiri interitū(nam & hoc quocꝫ tradit̄,quia filio admodū adulescenti p quā similis esset statura,& oris lineamento)hunc uirili habitu,& effigie mentita,regnū a Ni no relictum non solum tutata est,sed maiorem in modum auxit,latecꝫ ppagauit.

De Amasi rege Aegyptiorum.

QVis non & Amasis mireť prudentiam?fuit is pene ultimus eorꝫ,qui priscis temporibus Aegypti regnum tenuere.is cum oia Polycrati Samiorꝫ tyran no prospere fluerent,experireturcꝫ in cunctis fortunā indulgētissimā,p literas(ut fertur)remisit illi omne ius ueteris amicitiæ,testatus uidere se fortunam insidiari

huic,cui tam indulgenter obsequeret.pudit rex prudētissimus Polycratis exitiū, at illud quod suo regno iminebat,aut non uidit,aut certe uitare non potuit.

De Epimenide Cretensi.

VIdit Epimenides Cretensis,de cuius somno,& ætate fabulose magis q̄ ad fidem Græci non pauca prodiderūt, Munychiam locum Athenis natura magis q̄ opere munitū,multisq; audientibus testatus est ignorare Atheniēses quantas ille locus esset clades ciuibus allaturus.quod si liquido sciri posset dentibus suisse locum demolituros,si manibus non liceret.fuerit ne diuinatio illa an præsagium non facile dixerim.euentus(quod satis constat)prædictioni non defuit.

De Timone Atheniensi.

SImile quiddam,habuit uox illa Timonis de Alcibiade puero,q rogat9 cur illi uni oīm tā familiariter blādiret ad oēm occursum,q a scio inqt fore,ut aliqñ sit hic patriæ calamitosus.uox dira,& execrabilis, nec ab hois ingenio, q humanū genus oderat aliena.

De Fabio Maximo.

FAbius ille Maximus, q cunctādo fregit Punicos in Italia successus, Varronis cōsulis ferocia aniaduersa multū, diuq; pcat9 dicit collegā ei9 Paulū Aemiliū ne temere quippiā fieri ab eo pateret.puidere se,nisi illi9 conatib9 iret obuiā,breui fore,ut aliqs in Italia loc9 sup Trebiā,& Trasimenū Romana insigniret clade.

De Scipione Nasica.

AGebatur Romæ occulte in patres de Carthagine funditus delenda, exītq; ea consultatio in longam & difficilem disceptationem,maiore Portio Catone,cui antea Prisci fuit nomen,censente Carthaginem delendam,ut Roma incolumis esset,multiq; pedibus ire in eam sententiam. Tum Scipio identidem testatus dicitur uiderent illi qui tam cupide uellent Carthaginem excisam,ne po. Ro. æmulæ,& inimicæ urbis metu liberatus, in domesticā laberet discordiā,q̄d malū multo prius pspexit Nasica,ac pdicauit,sed fatali necessitati ire obuiā non potuit.

De Hannone Carthaginensi.

PRæuidit & Hāno Carth.senator nobilis Barchinæq; factionis æmulus secundi belli Punici euentū suæ ciuitati calamitosum,qui Magone Annibalis Pœnoꝝ ducis fratre in curia referente cæsam intra biennium.ec. millia hostiū ab Annibale,quattuor cōsulares exercitus deletos,magnā Italiæ partē a Ro.ad Pœnos defecisse,& ut maior fides ῑis q̄ diceret accederet,cum treis annuloꝝ modios in curiæ uestibulo effudisset,interrogatus Hanno ab hoie Barchinæ factionis an belli q̄d in Italia gererent adhuc pœniteret,percunctatus Magonem Hanno dicit,ecqs ex urbe Roma post tot clades acceptas ad Annibalē uenisset pacē petiturus? an Romæ ulla pacis mentio facta diceret?cum ille utrūq; negasset,bellum inquit Hanno tam integrū,& periculosum hodie,q̄ a principio fuit cū Romanis habemus,uariatū diu est circa Siciliā priore bello,uerū qualis fuerit exit9 nemo est uestrū,q nō aut uiderit,aut fando audiuerit.& nūc maxime uereor,nā si(q̄d nolim) fortuna uariare cœpit,frustra pacē implorem9,quā nobis uincētib9 nemo detulit

DE STVLTITIA, ET TEMERITATE. CAP. IX.

De Cham Noe filio.

STultus,& demens ne magis an impius fuerit Cham Noe filius,si quis eius flagitium altius consyderet,æquius fortasse rem totam pensitet, ego nō stultum

solũ aut dementẽ, sed impiũ etiã iudico, q patris incaute iacentis uerenda nõ solũ spectare potuit, sed fratribus etiã ad ludibriũ uidenda subiecit, sed non tantũ uoluptatis attulit stolido homini breue illud spectaculũ, quantũ postea tristitiæ, & mœroris ipsi auctori, eiusq; posteritati iusta patris ultio, seueraq; animaduersio.

De Mosis sorore.

Mulíebris fuit intemperies, sed stultitia non caruit, q Mosis soror, & fœmina iam grandis natu temere ausa est huic conuitium facere, per quem ipsa, & uniuersa Iudæorum gens exempta fuerat seruitio. affuit itaq; cõfestim cœlestis ultio, inuasitq; lepra contactum os improbũ mulieris, quod malum non conuiciatricis oratio, sed huius, in quem iniuria immissa est, sustulit pietas.

De Roboa Solomonis filio

Nec min⁹ stulte Roboas Solomonis fili⁹ florẽtissimũ regnũ a pr̃e relictũ fando pdidit intẽpestiuo ad populũ respõso. oĩs eĩ pter unã, qua ipse censebatur a se alienauit Israelitarũ tribus. postulatũ aũt est, ut laxamenti aliquid a diuturno labore daretur populo. multũ eĩ operæ Solomone rege exhaustũ in templo, & regia domo ædificanda, sed stultus rex stultorum iuuenum consilio usus tam acerbe, & immaniter respondit, ut regnum tanta indole a maioribus conditũ, & auctũ sit continuo in partes scissum, apparuitq; nullũ maius regnorũ p̃sidiũ esse, q̃ populorũ studiũ, & beneuolentia, qua sublata nullũ diu stare potest regnum.

De Dauide, & Sameia.

DAuid, q Roboæ hui⁹ fuit auus, Absolonis defectiõe regio solio turbatus cũ cohorte una Hierosolymis digressus cõuicio except⁹ est, ac lapidib⁹ petit⁹ a Sameia q̃dã. erat is ob Sauli regis ppinq̃tatẽ in Iudæa minime obscur⁹. is nouitate illa tporũ fret⁹, suiq; in Dauidẽ stomachi magis, q̃ regiæ maiestatis memor, in ptereuntẽ temere inuectus pbro, & lapidũ iniectu sacrosanctũ hoĩem uiolare est ausus, nec Dauid eã iniuriã ult⁹ est, sed fili⁹, cui exilio prius, dein capitis supplitio (debitas Sameia expẽdit pœnas.

De Iudæis.

QVid p̃terea min⁹ prudẽter fieri potuit, aut magis insipiẽter, q̃ q̃d Iudæi quo Christus rex sub Pilato est Hierosolymis affixus cruci, fecisse dicunt, q cũ Ro. p̃ses cunctãter, & religiose de Christo statueret, publice testat⁹ nihil infandũ illud iudiciũ ad se pertinere, ut ppositũ tenerẽt ab uniuersa multitudine acclamatum est, Super nos sanguis eius, & filios nostros. nec impune id cessit, pœna iusti sanguinis per omnem posteritatem in hunc usq; diem uiritim sparsa.

De eadem gente.

SEd q̃ insane hi se, & suos perpetuo supplitio obstrinxere stulta, & detestabili uoce, tã imprudẽter, & stolide post aliq̃s annos eadẽ gens sibi exitiũ peperit, nõ magis periculosa defectiõe a Romanis, q̃ nõ necessaria. ea demũ res opes gẽtis, & urbẽ oriẽtis clarissimã fundit⁹ euertit. furiæ sceletũ execrabilẽ ciuitatẽ in eã clementiã adduxerunt, ut urbs, quæ casura erat aliquanto citius caderet, esset q; eo atrocior lapsus, quo maior fuit delinquentium culpa in Christi proditione.

De Herode.

QVid Herodes rex, imprudens ne habendus an stultus, & demẽs potius, & delirus, qui pro stolido eum a se dimisit, cuius uita absolutissima fuit uirtutis Idea, ipseq; æterni sit patris sapientia dictus? sed omnium temeritas, &

ſtultitia mala eſt,regũ uero peſſima,uel qa impune peccẽt,uel ꝙ ad exẽplũ multo efficacior ſit ꝙ̃ priuata. De Vrſine factionis regulis.

ADijciaꝰ his exemplũ recens cũ hæc cõmentaremur Italiæ rebus fatali magis neceſſitate,ꝙ̃ hoſtiũ uirtute inſigniter afflictis,Vrſina factio in plures Italiæ principes,& populos diffuſa,cum Cæſaris Borgiæ ductu, & auſpicijs (fuit is Alexandri ſexti filius)militaret,eius ſucceſſum,& potentiam(dubiũ ſua ſponte an alieno impulſu)(nam utrũq; traditur)ſeceſſionẽ certe principes eius factiõis cum ſuis copijs fecere.adduxit ea defectio res Cæſaris in diſcrimen,oẽſq; eius conatus ſi in ꝓpoſito manſiſſent,qui ab eo defecerant,facile peruerti potuiſſent. Cæterũ ſiue ambitio fuit,ſeu fatũ potius familiæ,q̃d uitare nõ potuit, paucis diebus, quibus defectionẽ oſtenderant,ultro in fidẽ rediere,ſed ꝙ̃ audacter res mota eſt, inconſyderateq; Cęſaris imperiũ receptum,tam grauiter eius motus authores,uiri alioqui fortiſſimi,ſpem pacis ſecuti,a cæſare afflicti,ſunt in poteſtatem redacti.

DE AETNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM De Pſyllis.

NVlla gens tã populariter deſipuit,unq̃,nec magis temere induit arma, ꝙ̃ Pſylli,q in Aphrica circa maiores Syrtis ſedes habuerũt.hi(ſi ỹ a ſũt q̃ a Gręcis ſcriptorib⁹ ꝓdunt)qa Auſtrũ uẽtũ plus nimio haberẽt inuiſum,ut ſibi,& ſuę terrę noxiũ,ſumptis armis hoſtiliter in eum ꝓfecti ſunt,ceu unũ aliquẽ hoiem,& nõ rẽ incorporeã peterẽt,& illi tã ſtulte bellũ uẽtoꝝ uni intulerũt magno hũanę mẽtis ludibrio,ſed fortunę adhuc maiori uicti ſunt. turbatis eñ auſtrino flatu arenis ad unũ oẽs periere.

De Athenienſibus.

EST & ipſa ſibi exitialiter oblucinata Attica ciuitas a Piſiſtrato decepta. diuerberauit ſe ille domi,ut crederẽt iniuria ab inimicis affectus,q̃ aſtu tenuit,ut ꝑ ſidio ſept⁹ in publicũ ꝓdiret.ſed dũ priuatę ſaluti ſtudioſe cauet credula multitudo,publicę oblita eſt.uſus cõceſſis armis eſt Piſiſtrat⁹,nõ ut ciuis,ſed hoſtis. non ut ſe tegeret,ſed ut patriã affligeret.dubiũ maior ne fallẽdi artifex,an carnifex crudelior.

De eiſdem Athenienſibus.

ALebant ſe purgare ciuitatẽ ijdẽ Athenienſes cũ ex illuſtrib⁹ uiris unũ aliquẽ Oſtraciſmo ex urbe eijciebãt.cęterũ rogati ab Ariſtide q̃ ſuo merito ſe tali afficerẽt ignominia,reſpõſum eſt qa ferre nõ poſſum⁹ te ubiq; bonũ ꝑdicari.ſtultum iudiciũ,ſed iudicij defenſio adhuc ſtultior.ubi eñ uirtutis laus grauis eſt, & moleſta,uirtus illic grata eſſe nõ põt,fuit illud nõ uitiũ eijcere,ſed alere oĩ ꝑmio laudis repudiato,q̃ in primis gaudet honeſtior uita.

De Gabinis.

PAri uecordia,ac neſcio an maiore Gabini in Italia ſe, & ſua ꝑdidere dũ ſtulte nimis tyrãni,& hoſtis filio credũt.ſtultũ fuit callido ciui credere,q̃d Atheniẽſes fecere,ſed hoſti multo ſtulti⁹ nudauit Sext⁹ Targni⁹,ut trãſfuga, & p̃ri iratus fœda ỹberib⁹ terga Gabinis ꝑ cõciõe.ſed callidũ cõſiliũ ꝑſſit,q̃d latebat ſub pectore.ex hoſte igiť ĩpator eſt fact⁹,& q ꝑſidio,& ſaluti futur⁹ credebať,excidio fuit Gabinis,& exitio.

De Corinthijs.

COrinthij non ſtulti ſolũ ſed demẽtes etiã habẽdi,qui non ſuã, nõ Ro.po. uirtutẽ metiẽtes,ſed ꝑſentẽ animi affectũ Romanoꝝ legatos ſtercoris iniectu pro concione uiolarunt,peperit itaq; iniuria illa Corinthijs excidium, ijs uero in quos immiſſa eſt laudis incrementum,& imperij propagationem.

De Romana ciuitate.

SEd omnium populorum alioqui præstantissimus is qui Ro. quiritium fuit, cũ sæpe alias, tum Senonico tumultu parum sapere uisus est. qui tribunitijs actionibus temere assensus, Fabios a Gallis ad supplitium petitos, qꝫ contra ius gentiũ cum legati essent, in se arma induissent, non solum non dedendos censuit, sed exercitibus præfecit aduersus eam gentem, quam illi læserant. per quæ supplitiũ paucorum ciuium in seipsum uertit, & fœda illa tempestas, quæ Clusinis iminebat, in totius ciuitatis dedecus, & cladem redundauit.

De Claudio principe.

FVit Claudio principi uelut ingenita stultitia. sed nihil unꝗ stolidius fecit, hec tota uita inconsyderatius aliquid, ꝗ qꝫ Domitium Neronem adoptauit, cum Britannicum legitimo toro natum haberet, quem imperij hæredem potuit instituere. uerum pellectus osculis Agrippinæ coniugis facem illam adoptione accendit, qua non solum propria ipsius domus, sed Roma, & totus orbis conflagrauit.

De Agrippina.

IMprudens is cuius nunc mentio facta est, sed Agrippina, cuius ille illecebris captus seipso dementior factus est, nihilo fuit Claudio prudentior. cui sollicite imperium filio astruenti, futurorumqꝫ peritos sciscitanti esset ne filius Nero imperaturus, fore responsum est, ut imperaret, sed ita ut matrem interficeret. interficiat inquit modo imperet. uox digna Neronis matre, digna Caligulæ sorore, quæ putarit imperanti omnia licere.

DE TEMPERANTIA. CAP. X.

OMnis uirtus ex uno honesti fonte est. sed in nulla aliarum uirtutum magis decorum illud elucet, quod ex officio nascitur, & in ea, quam græci σωφροσύνην uocant, nostri temperãtiam. cuius exẽpla uarie in tota uita diffusa sunt. nam ubicũqꝫ id, ꝗd decet spectaẽ, ꝗd cõuenit, ꝗd moderate fit, ꝗd sedate, tẽpestiueqꝫ ad hanc uirtutẽ ptinet, de qua nunc futurus est sermo.

De Abraamo.

ET ut a uetustissimo ordiar exẽplo, ꝗ animi moderatiõe Abraamũ fuisse nos credere oportet: q nouus hospes, & oĩbus ignotus Aegyptũ cũ Sarra coniuge ingressus, uir alienæ legis, alieniqꝫ instituti adeo dextere accurateqꝫ cũ sacerdotibus eius gentis est congressus, deqꝫ diuinis, & humanis rebus appellatus grauiter, & pẽsiculate disseruit, ut totus ille ordo, q secũdus fuit a rege, in ea gẽte peregrinũ hoiem nõ solũ coleret, sed uehemẽter uenerareẽ, nefasqꝫ etiã duceret, ut tanta in uno uiro modestia, frugiqꝫ sapiẽtia ab ullo uiolareẽ. ꝗ opinio nõ solũ illi ad salutẽ ꝓfuit, sed ad pudorẽ etiã, & pudicitiã cõiugis in ꝑdita gẽtis libidine tuẽdam.

De Mose.

QVid Moses num obsequiũ illi defuit in Pharaonis aula, cui ꝑ adoptionẽ fuerat insertus? num in imperio uirtus? in exilio pietas? in asserenda iudæorum gente solertia? aut in contumacia huius corrigenda sanctitas? in scribendis legibꝰ prudentia? enimuero tam idoneus in singulis apparuit, ut ad omnia natus uideretur. quod aut temperantia, aut nulla alia potuit uirtus homini præstare. aliæ enim uirtutes alio tp̃e exigũtur. hæc semp & in qualibet uitæ parte eluceat necesse est.

De tribus pueris Hebraici sanguinis

De Alexandro magno.

NVnq in cõuiuio Clytus perijsset, si Macedo tam uini tẽperans fuisset, q̃ ueneris. qppe q cũ Darij hostis cõiugẽ oĩm fœminarũ, q̃ ætate illa fuerũt pulcherrimã, filiasq; uirgines cũ castris cœpisset, tam sancte eas uidit, ac penes se habuit, q̃ sorores aut filias. ad postremum uictoriam adeptus, filiarũ unam sibi matrimonio iunxit, non libidinem (ut credere est) sed officium secutus.

De Aphricano maiore.

MAgnum & Scipionis exemplum in hac parte, qui maior est Aphricanus dictus Carthagine in Hispania ex hoste capta, uirginẽ ex captiuis unam eleganti facie ad se perductã, ubi quæ esset audiuit, & cui uiro desponsa (erat is Celtiberorum longe princeps. cæterum Ro. nominis hostis) puellam seruari iussit, ac sancte custodiri, restituitq; eam cum auro, quod pro eo dabatur, adulescenti sub fide Carthaginẽ accersito. conciauit exemplũ illud tẽperantiæ, munificentięq; nõ uulgaris, non unius uiri solũ, qui beneficiũ acceperat, sed magnæ etiã Hispaniæ partis studiũ, & fauorẽ, ut tã amica tam inde fuerit Ro. po. q̃ antea fuerat inimica

DE INTEMPERANTIA. CAP. XI.

De primis parentibus.

QVam fœda res sit intẽperantia (uoluptati enim famulatur) q̃ homini grauis & calamitosa, primorum parentũ infœlix demonstrat exitus, qui lege aberrantes sibi, & omni posteritati exitiũ peperere. iussi fuerant hi ab initio uitæ ligno abstinere. nõ potuit contumax animal, & pronum in uetitum, aut certe noluit ab eo gustu temperare. mors proinde auctoribus culpæ inde orta est. per clades attigit omne humanum genus. pauci deliquere, sed pœnam innumeri luerunt.

De Loth Sodomæi coniuge.

PErdidit Sodomęam ciuitatẽ, funditusq; euertit obscœnæ libidinis intẽperies, unus cũ tota domo, qa castus, & oĩs culpę expers, seruari potuisset si a tã casta domo intẽperantia abfuisset. una iustissimi cõiunx uiri repta est in tã pio fugientiũ comitatu, q̃ oculis tẽperare nõ potuit, sed hæc sibi nõ suis deliquit. oculorũ lubricitas, & inconstantia cũ toto corpore in molem abijt lapidis, ꝑpetuũq; rigorẽ.

De Susannæ calumnia.

MVlto fœdior, detestabiliorq; fuit duorũ senũ imoderata libido, q̃to scilicet a ꝑsona, quã gerebãt, & ætate magis aliena. hi Susannã forte intuiti se lauantem (erat hæc Tobiæ cõiunx mulier ꝑstanti forma, sed pudicitia adhuc ꝑstantiore) subijt utrũq; mala libido mulieris uitiãdę. hic ubi oĩa turpidini obsepta uiderũt calumniã mulieri intẽdunt. ceu adulterij cõpertã ad ppl'm reã producũt, sed dedecus, & supplitiũ, q̃d insonti parabat, in accusatorũ pnitiẽ uertit cœli prouidentia.

De Iudæorum illicito congressu.

IVdæis exitialis fuit intẽpestiua, & uetita illa libido, qui ducis imperiũ, & leges aspernati cum Moabitarum fœminis concubuere. nec multi se piaculo obstrinxerunt. cæterum cœlestis ultio, quæ breui secuta est innumeros afflixit.

De Dauide.

NEc Dauid rex impune tulit uetitæ libidinis offensam in Vriæ coniuge, quæ regni disceptatione, domesticoq; cruore uix demum expiata est.

De Sichimitis.

MAior ultio Sichimitas cum suo rege afflixit, Dina Israelis filia ad stuprum ui olenter rapta, accidit tum Sichimitis (nam a regio iuuene ea iniuria orta est) quod & Græcis ad Troiam sedentibus, ubi quicquid reges delinquebant, ij qui sub regibus erant, pendere coacti sunt.

De duobus filijs Helij sacerdotis.

OPhinius, & Phinees Helij sacerdotis filij non solum popularium suarum sacra adeuntium pudicitiam petulanter incessiuere, sed ne a sacra quidem pecunia uiolanda sacrilegas manus abstinuere. graue scelus, sed pœna non minus grauis, quam ipsi & pater, qui sacrilegos ferre potuit filios, cum tota gente expendit. siquidem Iudæi magna occidione occisi sunt. & in his Heliani fratres diræ illius culpæ auctores arca fœderis amissa, senex Helius impar dolori e solio pcipitatus morte obijt.

De Romilda Sisulphi coniuge.

NEc muliebris sexus uacat in hac parte exẽplis. sed nos uno contenti erimus assistebat hostiliter Cancanus rex Bauarum Iuliensibus, qui munitissimam habebant urbem in Venetiæ recessu, eratq; totius rei summa penes Romildam, quę Sisulphi Langobardorum ducis fuit uxor. hunc Cancanus non multo prius prælio uictum interfecerat. Romilda hostis pulchritudine capta, quẽ uiderat muris obequitantem, urbem hosti tradidit cum duob9 filijs, & principali gaza spem connubij secuta, qd occulte cũ Bauaro pepigerat. pstitit fidẽ Barbarus, ac noctẽ unã p legitima habuit cõiuge, cæterũ mulieris intẽperiẽ detestat9, q oẽm & gentis suę, & filiorũ fortunã intẽpestiuis nuptijs posthabuisset, duodecim robustissimis militibus uexandã tradidit, atq; p hæc male affectã palo postmodum defixit.

DE AETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM.

De Paridis intemperantia.

STetissent Pergama, Priamiq; regia diutius, nisi Paris in alienos toros intẽperantior fuisset, & si immodice cupiditati restitisset, peregrinæ fœminæ forma captus potitus est optato. sed ea res non tantum uoluptatis secum attulit, quantũ mœroris, & tristitiæ, cum ipsius iniuriæ auctori, tum patriæ uniuersæ, quæ Asiam & Europam decennali bello exercuit, & demum euertit.

De Sexto Tarquinio.

TAm improba libido ac nescio an maior etiã subegit Sextũ Tarquiniũ ad stuprum p uim Lucretiæ inferendũ. in quo eo maius flagitiũ extitit, quo minus hæc (q̃q; Ledæ filia, si uera sunt quæ de eius raptu poetæ memorant) alienæ libidini conniuebat. exitus non minus huic q̃ illi funestus fuit. in eo diuersus, q Paridis facinus exitium patriæ attulit, Tarquinij Romæ libertatẽ, sibi & suis exitium.

De Semiramide.

MAgna in fœminis intẽperantia omni æuo obseruata. nihil Semiramide clarius. in nulla unq; fœmina maior apparuit indoles. Cæterum tam effrenata & intemperans libido, ut domesticũ equũ libidinis causa adamarit, filiumq; ad incestum conata sit allicere. sed fili9 ab incesta matre debitas exegit pœnas, uel una re maxime dignus, q tantũ imperiũ teneret, q matrẽ necare maluerit q̃ incestare.

De Messalina Claudij.

AT huius sexus nulla intemperantior fuit Messalina Claudij principis, in nulla portentosior libido, quam ut ad satietatẽ expleret Lyciscæ prostitutæ mu

liteeris nomen mētita sæpe lupanar sub noctem adijt,& q̄d oīm fœdissime fecit, cū famosissimis meretricij quæstus scortis coitu certauit, ex re fœdissima palmā sibi quærens,libidinosior fortasse Semiramide,sed uitæ exitu nihilo fœlicior.

De Faustina Antonij principis.

FAustina pari rerū fastigio locata, nec Antonij principis nō modo principum, sed oīm mortaliū optimi qui ætate illa fuerunt,neq; patris memor,q & ipse re rum Romæ potitus est,adeo in Venerē præceps abijt,ut in Caietano secessu nau tas sibi conditione quæreret.sed huic suum scelus impune cessit,non quia in oc culto esset id flagitiū,sed quia ultor defuit.admonitus Antonius domestici ꝓbri, aut est inquit id dedecus ferendū,aut restituendū est imperiū q̄d ab ea accepi.

De Masinissa rege,& Sophonisba.

INtempestiuis nuptijs iunxit sibi Sophonisbā Masinissa rex. sed q̄ festinatum fuit id cōnubiū,tam celerē inuenit exitū,atq; hunc ipsum tristē,& infœlicē, nō minus sane q̄ Syphax prædixit,& optauit,qui puellæ connubio exciderat.

QVARTI EXEMPLORVM LIBRI FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER QVINTVS.

RElatis ac uelut in medio positis de religiōe exēplis,deq; primis uirtuti bus,q̄ ex fonte manāt honesti,nihil absurdū fit (arbitror) neq; a consi lio propositi operis alienum earum uirtutum quas theologicas uocāt, subtexere exempla,in quibus tantum pollet charitas,ut ea sublata nulla constare possit uirtus homini,ut Tarsensis Paulus tam uere q̄ pie prodidit.

DE CHARITATE IN DEVM. CAP. I.

De Abraamo.

VNicus erat Abraamo filius.hunc ipsum aræ admouit imolandū cœle sti uoce monit⁹,dedissetq; haud dubie in holocaustū q̄d charissimū illi fuit in terris,nisi ꝓbata cœlo senis ipsi⁹ pietate recenti monitu uetitus esset filiū sacrificare.ꝓclarum documentū oīa quæ hoīm sunt,deo deberi,uel qa omniū terrestrium sit bonorum auctor,uel ꝙ æternorum pro meritis distributor.

De Helio sacerdote.

HElius Iudæoꝝ sacerdos nūtiata filioꝝ cæde,q in Philisteoꝝ pugna mortem occubuerunt,doluit ęque ac debuit.accessit & illud doloris cumulo ꝙ pars multo maxima Hebraici exercit⁹ eadē acie conciderat,eratq; tū senex adhuc par dolori,uerū ubi arca fœderis dicta est hostib⁹ cessisse,ne profligatę religioni sup esset,solio se præcipitauit.tanto maior fuit in eo diuinaꝝ rerū q̄ terrestriū affect⁹.

De Dauide rege.

SEd q̄ uehemens fuit in sacerdote dolor ob arcam bello amissam, tanta nec mi nor in rege memorabilis lætitia illa diuinitus recepta. enimuero Dauid cum rem popularem,& antiquæ pietatis testē regiæ urbi solenni pompa inferret, præ nimio religionis affectu saltauit,& lusit tanq̄ unus e plebe.

De eodem.

DEstinauit idẽ rex augustissimũ deo tẽplũ clare inter suos testatus nefas esse, & ab omĩ pietate alienũ se domũ habitare cedrinis trabib⁹ fultã, monumentum uero diuini fœderis, in q̃ caput, & summa religiõis sita esset, sub pellib⁹ cõti(neri

De Machabeorum matre.

EDidit & Machabeorũ mater nõ uulgare charitatis exẽplũ in gẽtili pietate tuenda. q̃ppe q̃ septẽ filijs auctor fuit, ut p̃ supplitia, & cruciat⁹ mallent mori q̃ ueri dei cultũ abnegarẽt. fuitq; id magnũ in fœmina, sed illud multo maius, q̃ talẽ sese extremis cruciatibus obtulit ueritatis studio, & amore incensa, quales eos, q̃ eius impulsu tam pulchre sese morti obtulerant, esse uoluit, & optauit.

De Paulo apostolo.

PAulus Tarsensis prophetico oraculo edoctus fore, ut si Hierosolyma proficisceretur infense acceptus multo infensius uexaretur ob Christi nomen, perrexit tamen porro ire non ærumnam non cruciatũ pertimescens ullum, uere pietatis doctor, & assertor acerrimus. dignus uel hoc diuinæ charitatis exemplo qui plus uiderit, q̃ fas sit homini loqui.

De Martyrum charitate in deum.

SEd quid attinet de uno aut altero idem prædicare? per hæc eñ exempla Christiana pietas in immensum creuit. Petrus Bariona, & frater, crucis patibulum non modo non recusarunt, sed uehementer etiam optasse traduntur charitatem secuti. hic alius ex fastigio templum præcipitatus fustibus ad necem cæditur. ille feruentis olei dolio immersus pertulit cruciatum. telis quidam confossi martyriũ tulere, multi lapidibus obruti, alij flammis, ferro, fluctibus perempti. genus mortis his dispar, sed charitatis studium idem omnibus.

DE AETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMO

De Connibensibus, & Tentiritis.

QVæ in his pietas uocãda est, in cæteris gentibus superstitio dici potest. sed nec in manifesto delirio defuit illis qualiscũq; dicẽda charitas. Connibenses, & Tentiritæ, dum suos utriq; deos pertinacius tuentur, nõ solum se mutuo oderunt, sed deos ipsos qui ab hostibus colerent̃. funestaq; inter se pugna congressi, ne a profusi quidẽ sanguinis lãptu, esuq; hostiliũ (carniũ abstinuerũt.

De Metello Pontifice.

MEtellus põtifex Vestali æde fortuito igni flagrãte p̃ medias flãmas Palladiũ incẽdio subtraxit. cessit illi audax conatus p̃spere. nã deq; simulachrũ seruauit. sed res fœlicius cessisset, si uisum nõ amisisset. fuit tñ clades illa religiosę mẽtis, & imodicę charitatis in deã testis locupletissima. fuit & ornamẽto. datũ est eñ, ut curru ueheret̃ in curiã. qui honor nulli eius ordinis ad id tempus contigerat.

De Po. Ro. in suos deos charitate.

NOn tribunitia ptãs, nõ auctoritas senatus cõsensusue optimatiũ potuit Po. Ro. impellere, ut Manliũ Capitolinum perduellionis reũ suffragijs dãnaret, q̃ ad Capitoliũ ab illo olim seruatũ cõspici potuit. tanta tũc fuit Romanę ciuitatis (in deos (quorũ illa erat sedes) charitas.

De Cella Iouis.

PAri affectu eadẽ cella Iouis ab Herdonio Sabino, & exulibus est morte consulis, magnoq; totius ciuitatis studio recepta, ut nõ maiori curæ fuerit Quiri-

tibus seipsos, qui obsidebantur, q̃ obsessos deos ab iniuria uindicare.

De Ceritibus.

CErites non alio sunt merito Romana ciuitate donati, q̃ q hi Senonico bello Romana tutati essent sacra. non potuit populi omni uirtutũ gñe præstantissimi maius ullum charitatis exemplum in deos extare, q̃ q omne solenne sacrorũ institutum cerimoniam dixerit ab ea urbe, per quam sacra ipsa seruari cõtigisset. illiusq̃ homines in ciuium Ro. numerum, & dignationem asciuerit.

DE CHARITATE ERGA HOMINES. CAP. II.

AGe nunc & q̃ hoim charitas in hoies fuerit, breui explicatione censeamus.

De Ionatha Sauli filio.

QVam char⁹ fuerit Dauid adulescẽs adhuc, & priuat⁹ Ionathæ, q Sauli regis fuit fili⁹, ex eo põt intelligi, q neq̃ pr̃is supbia ipsi etiã filio formidãda, neq̃ crudele illi⁹ imperiũ, q̃ Dauidis uita petebat̃, potuit iuuenẽ ꝓposito auertere, q̃n nascẽtis regis curas, easdẽq̃ amico exitiales nõ cõfestim ei patefaceret. ut nihil tã subitũ insensissimus rex deo statuerit, q̃d nõ ille tẽpestiue Ionathæ studio (cauerit.

De Dauide.

SEd qualẽ priuat⁹ Ionathã expertus est Dauid, talẽ ipse iã rex regnũ adept⁹, sese p̃stitit om̃i Iudeoꝝ gẽti. nã cũ oraculo terror nõ unus sibi, & suis ꝓponeret̃, famis, cędis, pestilẽtię, eã cladẽ min⁹ auersat⁹ est, q̃ cũ plebe, & om̃i multitudie esset (sibi cõis.

De Abdia.

GRassabat̃ Iezabelis ira in ꝓphetas, & iã plus nimio illa tẽporꝫ diritas ꝑ innocentiũ euagabat̃ capita. cũ in tanto metu unus extitit, q innocentiã occulte, q̃n aperta ui nõ poterat, tueret̃. Abdias uir iustus, neq̃ impensam grauatus, neq̃ Iezabelis irã ueritus, centũ latitãtes ꝓphetas insigni charitate ꝓtexit, & aluit.

De Thobia.

ESt & Tobiæ charitas rari admodũ exempli, qui Babylonica captiuitate suos populares egenos & afflictos cõsolabat̃ subleuabatq̃ proprijs fortunis, mortuos hic & sepeliebat. pręstititq̃ ea pietas uirum incolumem a Senacharibis sæuitia, ut uis illa uniuersæ genti alioqui infesta unum uirum non attigerit.

De Iesu Nazareno.

CHristus rex deus idẽ & hõ docuit humanũ genus charitatẽ esse oĩm uirtutũ maximã. nec tantũ docuit, sed p̃cepit etiã, p̃ceptiq̃ exẽplũ ꝓdidit, q hũanitate recepta innumeros labores, & ærũnas tulit, ut hõ q sua culpa ruerat, aliena opę (restitueret̃.

De Io. Zebedei filio.

IO. Zebedei fili⁹ optimi magistri discipulus, magnũ & ipse edidit charitatis exemplũ. admouerat adulescentẽ baptismo nescio quẽ, admotũq̃ & insignitũ sacramento, sacroꝝ antistiti cõmendauit. cuius incuria pioꝝ cœtu aberrans ad latrones reuersus est. tulit æque ac debuit dolenter senex pientissimus Neophyti p̃uaricatioẽ, latronũq̃ sæuitiã nihil ueritus, ꝑ deuia loca, & insidiosa errantẽ reqsiuit, inuentũ ad cultũ pietatis retraxit, restituitq̃ ouem, q̃ perierat ouili dominico.

De Paulino Nolano Antistite.

QVæ charitas maior esse potest, q̃ siquis ita affectus sit, ut ultro seruire uelit, ne alius seruiat? talis fuisse prodit̃ Paulinus Nolanus antistes, qui ut uiduæ filium redimeret, ipse in Aphrica diutissime seruiuit.

De diuo Bernardino.

BErnardinus Senẽsis prima sanctitatis rudimẽta p hęc apud ciues deposuit su os. cũ em̃ Senę Hetruscę graui pestilẽtia uastarent, duodenis comitatis iuue nib⁹, q̃s sibi ad piũ opus delegerat, circuire ægrotantiũ domos languẽtes, & gra uiter affectos cõsolari, egestate laborãtib⁹ subuenire. sepelire defunctos. paratus om̃es subire casus, q̃s tetra illa lues se temere ingerentibus importare potuisset.

De Pasnufio Abbate.

MAgno uirtutis huius exẽplo ac semp memorabili Pasnufius abbas Thaidẽ nobile scortũ a meretricio q̃stu ad pœnitentiã cõpulit, q secreto ab ea impe trato metũ, & trepidationẽ simulãs identidẽ ab ea q̃rere, an si congrederenť, eos uisurus esset aliqs: cũ negaret illa ab ullo se uideri p̃terq̃ ab ipso deo, q om̃ia cer neret, omnia sciret. ergo inqt ille credis deũ nihil latere, & corã ipso peccare non erubescis, q tua puniet, & oim scelera: est em̃ iustissimus. subijt meretricis animũ tempestiua Pasnufij exprobratio, abortisq̃ lachrymis illico pœnitentiam egit.

De Anastasia.

ANastasia Romana mulier nobili loco orta, quia uirũ sortita est sui dissimilẽ, chr̃ianæq̃ pietati infestũ, occulte ęgrotos circuire, carceresq̃ inuisens reoꝝ cathenas osculari, leuareq̃ eoꝝ desyderia cibo, potu, & corporũ tegumentis.

DE AETHNICIS EXEMPLIS.

De Philosopho, q ad oẽm hoim occursum fleuisse dicit.

NEc fuit hui⁹ uirtutis expers ueterũ Philosophoꝝ quisq̃s fuit, q ad oẽm hoim occursum fleuisse dicit. dolebat ille (qs ignorat?) q̃ nihil sani esset in uita, nihil i hoie nõ caducũ, fluxũ, & deceptibile. flere ille itaq̃ hoim mala meliore haud dubie affectu, q̃ Democrit⁹, q hęc eadẽ ridebat. nã hic cõtem ptũ arguit & stultitiã, ille iustitiã, & charitatẽ.

De Xerxe rege.

FLeuit & Xerxes in Abydenis campis, cũ partẽ multo maximã oriẽtis subie ctam haberet oculis, sub signis stantẽ. testatus se non fœlicitatem suam flere, q̃ tot gentibus imperare contigisset, sed tot hominum sortem, qui cum innumeri essent, ad breue tempus aut fato, aut alia ui essent omnino defuncturi.

De Annibale Carthaginiensium Duce.

ANnibal Carthaginiensiũ dux, is q Punica cũ Romanis bella pręcessit, exerci tu i Sicilia amisso, nõ stultitia, & ignauia, sed pestilẽtia domũ reuersus suoꝝ casu in curia exposito, non supplitium ueritus (nam fatali necessitati nemo repu gnat) sed amissorum militum charitate uitã laqueo finiuit. dignus qui non solum incolumi exercitu, quẽ tantopere dilexit, sed uictore etiã Carthaginẽ remeasset.

De Paulo Aemilio.

POtuit & Aemili⁹ Paulus Cãnensi acie tam etsi uulnerat⁹, uiu⁹ tñ & oĩs culpæ expers in tutũ euadere. sed legionib⁹ cæsis noluit, repudiato equo, qui illi ad fugã a Lentulo deferebať, quinimo saxo sedens macte inqt ista uirtute. C. Corne li. abi nuntia publice patribus ut urbẽ Romã muniant, firmẽtq̃ p̃sidijs ante hostis aduẽtum, meq̃ (ut decet) finito inter meos milites expirare. mira impatoris chari tas, q nõ potuit patriæ, q̃ superstes erat, non esse memor paulo post expiraturus.

De Aphricano maiore.

TAlis maior Aphrican⁹, cui⁹ uox illa nota est, malle se unũ ciuẽ seruare, q̃ mil

le hostes perdere.

De Catone minore.

CAesare circa Dyrrhachiũ fuso, cum Pompeiani lætitia exultarẽt ob rem bene gestam, solus Cato Cæsarianorum cadauera intuit⁹, quia ciues essent, & fortes alioqui uiri, temperare lachrymis non potuit.

De Nicia Atheniensi.

NIcias Atheniensis Corinthijs prælio uictis, cum moris esset eorum qui uicissent, trophæum ubi uictoria parta esset, sibi erigere (qui honor his adimebatur, qui precario aliquid ab hoste petijssent) aspernatus est id decus, ut duorum ciuium cadauera, quibus hostes potiti fuerant, sepulturæ mandarentur.

De Phocione Atheniensi.

FVit aliorũ ciuiũ charitas in alios, sed nullius (ut arbitror) in oẽs prꝑterq̃ Atheniensis Phocionis, qui non modo non quenq̃ ex Attica ciuitate læsit, sed ne odit quidem, cum graues alioqui contentiones ab eo sæpe susceptæ essent reip. causa, sed is oẽs humanos affectus suorũ ciuiũ charitati cẽsuit posthabendos.

DE CHARITATE ERGA INIMICOS. CAP. III.

De Christo.

DIligite uestros inimicos dixit doctor ille summ⁹ hũanęq; auctor salutis atq; his benefacite, q uos oderũt. sed q̃ id sancte p̃cepit, tã integre p̃ceptor optim⁹ seruauit. nota uox ei⁹ cũ ab impijs cruci affigeret, ignosce ingt his pater, nõ eñ uidẽt qd agãt. exẽplũ sane unicũ atq; oim p̃stãtissimũ, & q̃d (si qs rite obseruet, deo multo simili⁹ q̃ hoĩ fit.

De Iosippo.

IOsippus Israelis fili⁹ magnũ & ipse æq̃nimitatis hui⁹ edidit exẽplũ, q in puteũ a fratrib⁹ deiectus, mox & Ismaelitis uẽditus, tantũ absuit, ut eã ult⁹ sit iniuriã, quã ulcisci potuit, ut q se pdiderãt (pdiderũt eñ quãtũ in eis fuit) Aegyptũ ingressos frumẽtãdi causa tã pio excepit affectu, q̃ nõ multo post decrepitũ patrẽ, quẽ ex Chananea terra pfectũ in amœnissima ei⁹ terræ pte cũ tota domo collocauit.

De Mose.

MOses ab eo prognat⁹ adeo populũ, quẽ tũ ducebat, dilexit, ut impiũ detrectantẽ, & in se imaniter sæuientẽ sæpi⁹ a cœlesti ultiõe pcib⁹ seruarit, ut nescias sanctior ne fuerit Moses in suorũ pœna deprecãda, an in uindicãda libertate (fortior.

De Dauide adhuc adulescente.

NEmo ubiq; magis homini fuit infestus q̃ Saulus Dauidi. inuidia quæ cæca est, armauit insanũ regẽ, & furiosum aduersus diuinã adulescentis indolem insectabatur robustus rex priuatũ iuuenẽ per æqua, & iniqua. contra Dauid sępe regem ex occasione adeptus iniuriæ obnoxiũ ultiõe abstinuit, defunctum luxit, laudauitq; eos, qui eius cadauer insepultum iacere non passi, humi condidissent.

De prophetæ in Hieroboam charitate.

ARripuit ad supplitiũ ex pphetis unũ Hieroboas rex ab eo reprehensus, q dæmonib⁹ sacrificaret, simulq; nefas ille impauit. man⁹, q̃ signũ ille dederat, repente obtorpuit, cęterũ nulla alteri⁹ ope sæu⁹ rex clade illa seruat⁹ est, q̃ pphetæ (q uiolãdus erat) prece.

De Iacobo Alphei filio.

QVid Iacob⁹ Alphei fili⁹, an nõ ex tẽpli pinnaculo p̃cipitat⁹ cũ uiolẽto casu afflict⁹ fustib⁹ cęderet, doctoris sui exẽplũ imitatus p pcussorib⁹ p̃ces effu(dit.

De Sabino martyre.

EOdem charitatis ardore Venustianus Thusciæ præses Sabini Assisiatis antistitis cui manus præsciderat, ab oculorum cæcitate pia precatione seruatus est.

De Pergentio, & fratre.

Vidit & Aretiũ in Hetruria nõ uulgarẽ charitatis speciẽ, cũ Pergẽti⁹, & frater sub Decio torq̃rent, tortorum man⁹, q̃ medio uerberatu obtorpuerãt, suis restituerũt pcib⁹, magis de inimicorum salute q̃ de suo ipsorum supplitio solliciti.

De Christina uirgine.

NEc minor admiratio subeat, siquis pium Christinæ uirginis facinus secum reputet, quæ uiperarum magistrum extinctum sæuo earum morsu, quas ille ad supplitium in se concitarat, suis restituit precibus.

De Anatolia.

SIc Anatolia ex tortoribus unum serpentis nexu, cui obiecta est, arctius uinctum, spirisq;, & morsibus terræ allisum, ac neci proximum, bellua ab eo tempestiua prece remota, proculq; fugata, periculo seruauit.

De Agnete uirgine.

ILludebat Agnetis uirginitati cæteris petulãtior ex ministris, & tortorib⁹ un⁹. mediaq; colluctatiõe est is a dęmone uita priuat⁹, dũ alienũ secut⁹ imperiũ, puellę uirginitatẽ conat̃ adimere, depcata tñ nihilomin⁹ illa, & defuncto uitã pcibus (impetrauit.

De Eugenia.

ESt etiãnum Eugenię exẽplũ nõ parũ insigne. diu hęc monastico habitu caste inter monachos uixit. cæterum sæpi⁹ a Melantia matrona impudice appellata, quia incestos fœminæ cõgressus pertinaciter auersaret̃, ab ea insimulat̃ tanq̃ suæ pudicitiæ insidiata esset. p quæ Eugenia in discrimẽ adducta primũ petijsse dicit̃, ne ea calũnia cuiq̃ esset fraudi, si ueritas in medio poneret̃. inde muliebres mammas prodidit. quibus apparuit non potuisse fieri, ut mulier ad stuprum mulierem peteret. fuit itaq; illud non solum se purgare, sed salutem perdere uolentis tueri.

DE AETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMO

De Lycurgo Lacedæmonio.

SVnt & in alijs gẽtibus exẽpla quædã charitatis, sed aliunde pfecta. sunt nostratia hæc, pietatis, & religiõis partus. illa humani affectus, quale fuit illud Lycurgi Lacedæmonij, cui cũ Alexãder iuuenis in iurgio oculũ baculo excussisset, adulescentẽ ad supplitiũ datũ non modo non incõmodo affecit aliquo, sed phumane, & sapienter domi instituit. ut non tantũ insolentiæ, & temeritatis secũ attulerit in sapiẽtis uiri domũ, q̃tũ inde prudẽtiæ, & humanitatis reportauit.

De Cæsare dictatore.

CAesar dictator cũ rerũ gestarũ fama, & gloria floreret, Catullũ Veronensem cuius uersiculis de se, & Mamurra editis indelebili respersus esset infamia, sibi satisfacientẽ nõ solũ nõ incõmodo affecit aliq̃, sed cœnę etiã adhibuit. & q̃d maius etiã fuit recõciliatę gratiæ signũ, in ei⁹ patris hospitio ut erat solit⁹, pseuerauit.

De eodem Cæsare.

IDem. C. Mẽmio cui⁹ asprimis orationib⁹ coactus fuerat uerborum acerbitate respondere, eratq; ex cõfesso inimic⁹, suffragator extitit in petitiõe cõsulatus.

De Augusto principe.

AVgustus princeps uerus. C. Cæsaris hæres, & in hac laude æmulus. L. Cin-

nam in hostiũ castris repertũ nõ solũ seruauit, sed q̃d ad charitatis cumulũ accessit integrũ patrimoniũ restituit. eundẽ cõiurationis aduersum se initæ cõuictũ ea lege incolumẽ p̃stitit, ut diceret olim tibi hosti o Cinna nũc insidiatori, & parricidæ do ueniã, iã hinc inter nos inchoet̃ amicitia. cõtendamusq; utrũ meliore fide ego bis (tibi uitã cõdonauerim, an tu acceperis.

De Vespasiano.

VEspasianus, qui Flauiæ gentis primus est rerũ Romæ potitus, Vitellij hostis sui filiã matrimonio splendidissime locauit, ac dotatã muliebri mũdo instruxit, ingenitæ charitatis, suæq; clementiæ magis q̃ paternæ iniuriæ memor.

De Tito Vespasiani filio.

TAlis me hercule, ac nescio an maior etiam fuit Titus Vespasianus huius fili⁹ qui cum imperiũ a patre accepisset, in duos patritij generis affectati imperij compertos nihil amplius excanduit, q̃ ut cõmonefecerit eos uti incepto absisterent. misitq; ad alterius matrem procul absentem, qui ei celeriter nuntiaret, filium incolumẽ esse, eosdemq; non solum familiari cœnæ adhibuit, sed sequenti die gladiatorum munus spectaturus circa se de industria collocauit.

DE FIDE THEOLOGICA. CAP. IIII.

MAgna fide opus est in naturæ operibus credẽdis, sed diuinitatis, cuius natura ministra est, multo adhuc maiore. est fides piæ opiniõis filia, religiõis mater, q̃ sublata nihil homini relinquit̃ cur cœlũ spectet ampli⁹ cur plus sapere dici possit, q̃ mutũ aial. est hõ uelut infrenis equus sine fide, & religiõe, atq; eo deterior, q̃ & natura cõtumacior q̃ equi, & in uitiũ mul (to ꝓpensior.

De Abraamo.

CRedidit Abraam⁹ q̃ sibi e cœlo ꝓmittebant̃. estq; id illi iustitiæ datũ, sed non magis illi q̃ oibus (ut credi par est) q oia q̃ fiũt ad diuinã referũt ꝓuidentiã.

De Mose.

OBstiterunt non nihil magicæ artes, quarũ opera Aegyptius utebatur, Mosi diuinitus operanti. cessitq; tandẽ uanitas illa ueris miraculis. præstigiatores uicti confessi sunt numinis prouidentiam, ipse rex quia non credidit sibi exitio & multis fuit. Enimuero rubrum mare, quia Iudæis pateret, ingressus cum ualidissimo exercitu marinis fluctibus obrutus perijt.

De Helia propheta.

DEscẽdit Helias ꝓpheta in apertũ certamẽ cũ Baalis sacerdotib⁹ Chabo rege cõtentiõis arbitro, cæterũ illi Bahalã suũ ĩ multũ diei suppliciter p̃cati ut ignẽ e cœlo mitteret, nihil impetrarũt. sed q̃d impetrare poterãt cũ multo min⁹ is posset q rogabat̃, q̃ q rogabãt: cõtra Heliæ p̃dicatiõi cõfestim ignis affuit. cui⁹ rei miraculo circũfusa multitudo q̃ in euentũ eius disceptationis erat erecta, ad ueri dei cultũ cõuersa certatim sese Heliæ ingessit, ut clarius uitæ lumẽ ex eo pietatis fomi (te sibi eliceret.

De Stephano Protomartyre.

NIhil in trinitate asserẽda mirabilius q̃ fides operata est. Stephanus Christianæ assertor pietatis nõ sophismatis usus, nõ gryphis ex diatriba petitis, sed ex purissimo fidei fonte hausit ea, ꝑ q̃ Synagoga illi cessit, & oẽs imaginariæ sapiẽ (tiæ affectatores.

De Petro Bariona.

PEtrus Bariona hac dũtaxat fretus uirtute, non latiali, nõ attica eloquẽtia uno die tria hoim millia baptismi lauacro admouit, capturam eo piscatu dignam,

quã assertor ille summ⁹ ueritatis, a q̃ iussus est cymbã, & retia relinquere ab initio (despondit.

De Paulo Tarsensi.

HOstiliter in Christum coort⁹ Paulus Tarsensis subito ueritatis admonitu & hunc, cui tam infensus erat, dominum uocauit, & quid se facere uellet est hu militer sciscitatus. ex hoste mancipium factus, agnus ex lupo.

De Siluestro Ro. pontifice.

QVid Siluester Ro. põtifex nõne Iudęos de sũma fidei secũ cõgressos adeo fœliciter supauit, ut Christũ fateri coegerit? coactos ad uerę fidei cultũ faci li ductu admiserit?

De diuo Bartholomæo.

EOdem fidei clypeo instructus Bartholomæus, qui unus fuit apostolorum Ascharothis templum adijt in Aethiopia (nunc ipsa terra India est) facileq̃ te nuit, ut dæmon qui consulentibus responsa dare erat solitus, ex uocali confe stim factus sit mutus, tantum effatus se non deum esse, sed malorũ dæmonũ unũ.

De Io. Zebedei filio.

IO. Zebedei filius, Ephesinis signum ueritatis, quæ proponebatur ab eo peten tibus Dianæ templum, quod illi nobilissimum habuere, suis effecit precibus, ut repẽte collapsum ruerit. nec tanta res in densa animorũ caligine fecit fidem. quin ambigentibus adhuc multis, uenenum, quo fontes necabantur, coram propina tum tam intrepide uir deo gratissimus, q̃ innoxie hausit. tum uero luce oculis ad mota credidit in uerbum salutis, templi antistes, credidit & uniuersa ciuitas.

De Simone Mago.

ET ueritas ꝑ hęc aduersus Iudęoꝝ ꝑfidiã, & Aethnicã uanitatẽ satis ꝓbata est. q̃d in Magos q̃ ars oĩm uanissima sæpe in Samaritano uno est despicatissime explosa? uoluit hõ nequã baptismi lauacro admoueri nõ pietatis studio, sed mira culorũ cupiditate, Philippũ Chr̃i discipulũ æmulat⁹. Cæterum q̃ ea res incassum mota est, tam ignominiose a Bariona reiectus cœleste munus ab eo mercari cona tus, postremo miraculis certare ausus difficile dictu est ærũnosum ne magis, an ꝓ (brosum sit uitæ exitium sortitus.

De Barrieo Elyma.

PAri euentu Paulus Tarsensis Barrieũ Elymã in Cypro ꝑpetua cæcitate dãna uit, ut in ijs tenebris moreret̃, q̃s uiuentiũ oculis offundere consueuerat.

De Phileta Hermogenis Magi discipulo.

PHiletam Hermogenis Magi discipulũ fidei uirtute Iacobus Christi ap̃lus pri mo uicit. expeditũq̃ dæmonũ ꝑstigijs, q̃bus erat implicit⁹, eo ꝑduxit, ut cali gantes adhuc oculi lucẽ non reformidarẽt. eodẽ successu Hermogenẽ uictũ, adeo mutauit, ut magica arte repudiata libens sit ueritatem complexus.

De Fidei uirtute, in Arrium Hæresiarcham.

SEnsit & hæretica prauitas q̃d posset hæc uirtus. Arrius Orthodoxæ fidei op pugnator accerrimus, dum citã tormĩnib⁹ aluũ exonerat, intestinis ꝓfluenti (bus expirauit.

De Olympio Arriano.

OLympius Arrij assectator, cum Carthagini in balneis lauaret̃, impioq̃ ore sanctam lacesseret trinitatem (trifido telo superne ictus concidit.

De Valente imperatore.

DEstinarat Valẽs ĩpator Arrianis, quã Orthodoxę pietatis uiri tenebãt ec clesiã, detestari principis consiliũ Eusebius Antistes. cuius auctoritate mo

tus Valens statuit piclitari utra esset secta sanctior. ac simul edixit ut tēplū claude/ret, idq; ijs demū cederet quorū pcib⁹ sua spōte patuisset. nec Arriani qcq̃ impetrarūt. Eusebius illud effatus, attollite portas principes uestras, uixq; totū absolue/rat carmē, cū repēte hostia crepuerūt, patuitq; sua sponte ædes subire uolētibus.

De Anastasio Cæsare.

ANastasius Cæsar Eutichianę hæreseos fautor, qa Hornusdæ pōtifici nō cessit densitianti ne delirīū Chalcedonēsi poti⁹ cōuentu damnatū tuereť, fulmine ictus perijt.

De diuo Hieronymo.

DIuus Hieronymus uita defunct⁹ ob calumniā sibi a Sabiniano Hæresiarcha iniunctā (ediderat homo impius nefarij dogmatis librū defuncti noie) matu/ram ultionē imperauit, ut dirum principis caput ultro a sua ceruice sit reuulsum.

DE AETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMO De Delphis.

HAud quidē pauciora sunt aliarū gentiū exēpla, sed malorū dæmonum fraude, & astu ædita. ut q̃ maior huic, aut illi supfuit suæ uanitatis fidu/cia, eo sint certiores secuti uotorū effectus. Enuero uix tāta numinis fi/ducia, Apollinis tēplū Delphi aduersus Gallos tueri adorti sunt, q̃nta aniorū con/sternatiōe, & corporū strage sunt inde hostes reiecti. adeo uana accolarū psuasiōe ut loci, ppugnatores sibi uisi sint dei uocē, & armorū sonitū audire, dum pphana man⁹ a sacro arceret.

De Nauio Actio augure.

REs nulla præterea in maiores Ro. po. coniecit tenebras, laqueosq; magis in/solubiles, ut nihil non auspicato agerent, q̃ hæc eadē persuasio, quæ tanti ui/sa est, ut Actius Nauius augur cotem nouacula secuerit, q̃d ad eludendam artem Ro. rex, non quia eiusmodi euentum speraret, illi proposuit periclitandum.

De Scipione Aphricano.

NEc maior Aphrican⁹ tā assidu⁹ Capitoliū antelucanis horis ascendisset, nisi humana cōsilia ad Iouē esse referēda cēsuisset. q̃d usq; adeo & ipse credidit, & alij psuasum habuere, ut ne a canib⁹ qdē custodib⁹ tēpli, tanq̃ & ipsi religionē sentirēt, allatrari crederet.

De Ritu sacrificandi.

ROmani imperatores ad bellum exituri priusq̃ in prouinciam proficiscerent, Lauinij sacrificabant. quem morem a maioribus acceptum nunq̃ illi tam ac/curate, & religiose seruassent, nisi opinio quædam hominum animis insedisset, omnia humana deorum nutu, & uoluntate gubernari.

De Cerimonijs, & auspiciorum ratione.

HOc cerimoniarū, auspiciorūq; diligens habuit obseruatio, hoc obsecratiōes, lectisternia, ludi, Thensæ, & quicquid superstitionis uerius q̃ religionis cele/brauit Romana ciuitas, oīm quæ unq̃ fuerunt, patriæ religionis obseruantissima.

De Cæsare Augusto.

CAesar Augustus Cantabrico bello, cum noctu lectica ueheretur, nunq̃ ad subitum casum fulminis, quo unus ex comitibus exanimatus est, tonanti Io/ui ædem uouisset, nisi in Iouis potestate fulmen esse persuasum habuisset.

De Metello,

NEc Metellus sese cum uitæ periculo in medias coniecisset flāmas, ut Palladi/um ex incendio substraheret, nisi in Pallade diuini aliquid opinatus esset.

De Cybele,& Aesculapio.

AD hoc illud ptinet q religiosa ciuitas ex Pessinunte informē sibi lapidē petiuit gratificari se credēs deorꝫ matri. Cæterū qa in ei⁹ inuectu magna oculorum ludibria obuersata sunt ciuiū oculis, aucta est cū cerimonia hominum fides.

De Locrensibus.

MAgna numinis persuasione coluerūt diu Locrenses Proserpinam, sed multo maior secuta est opinio maiorqꝫ fides, postea q̄ Pyrrhi regis naues cum ipsius deæ thesauris, quos sacrilegus rex abstulerat, suis disiectas littoribus uidere. creuit deinde plus nimio uana superstitio. Q. Pleminij supplicio, qui post Pyrrhum eadem donaria compilauit.

DE SPE THEOLOGICA. CAP. V.

EX oibus bonis, q̄ a principio deus mortalibus parauit, sola spes his relicta est. cætera muliebri amisit stultitia. hęc hois uitā ad extremū comitaē. uerū qa nō parui refert sit ne hæc diuinarū rerum, q̄ ppetuę sunt & æternæ, an terrestriū, de ea poti⁹ dicendū, q̄ cœlestiū cultrix, & pedissequa est, quæ quo sanctior apparet, eo sane dignior, ut eius exempla priore loco referantur.

De Dauide rege.

EXcidit innocentiæ statu Dauid rex, qui parricidiū adulterio adiecit, suiqꝫ sceleris prophetica uoce admonitus peccaui inquit, ac spem ueniæ impetrandæ amplexus. pœnitentiam egit, per quam eo, unde exciderat, patuit illi reditus.

De Manasse rege.

STatuit oim, q Hierosolymis fuerūt, regū flagitiosissim⁹ Manasses Baali arā in augustissimo dei tēplo. statuit & simulachrū, ueneratusqꝫ est impius rex malū dæmonē. somnia obseruauit. secuta est demū cœlestis ultio. uict⁹ bello, & in hostiū potestatē redact⁹ Babylonē uinct⁹ pducit. at idē sui sceleris sibi cōsci⁹ fassus impietatē suā & indoluit, & meruit ob eā rē numē antea iratū iam inde ꝑpitiū habere. affuit spes, q̄ q̄ maior fuit, eo celerius impetrauit, ut in patriā, & regnū postliminio restitueret.

De Niniuitis.

QVis hoc scit dixisse dicitur Niniuitæ an deus ab ultione reuocet? pœnitentia agēda est. id sedulo fit, excluditurqꝫ simul desperatio, ac simul discussum est, & excidium, quod Ionæ prædicatione urbi nobilissimæ imminebat.

De Latronis spe.

PEndebat in cruce homo infamis, & sceleris damnatus, cæterum quia spes illi ueniæ non defuit, egitqꝫ postremo pœnitentiam, & si sero, quia tamen pœnituit, suorum scelerum ueniam meruit.

De Zacheo publicano.

NOn minus sane q̄ publicanus ille, qui Christi regis meruit hospes fieri, qui si spei expers fuisset, nunq̄ male parta restituisset, fortunarumqꝫ portionem suarum pietati impendere cogitasset, qui duplex affectus salutem peperit domui, quæ nuper erat inuidiosa, & detestabilis, quia publicani esset.

De Petro Bariona.

NIsi uirtus hæc præsto Barionæ fuisset, post Christū ter abnegatū, nunq̄ totū triduū lachrymis impendisset, sed spei ductu fleuit ubertim. est quoqꝫ nō solum restitutus, uerum nascentis ecclesiæ caput constitutus, & princeps.

De Theophilo Archidiacono.

THeophilus Archidiacon⁹ dignitate priuat⁹, se cacodæmoni cõditione addi-xit, si dignitas sibi adempta quoquo modo restitueret. chirographo rem pe-pigit, Christi, Deiparęq; uirginis noie prius abnegato, indoluit nõ multo post re-stitut⁹. & ad se reuersus est, q̃re nõ solũ chirographũ, sed & dignitas est illi restitu-(ta.

De Pelagia Antiochena.

SVnt & muliebris spei exẽpla multa, & illustria. Pelagia Antiochena mulier di-ues, & inexpletæ libidinis, Nonij Neapolitani Antistitis prædicatione ad pœ-nitentiã conuersa, oĩa sua distribuit pauperibus, sexũq; uirili habitu mentita in solitudinẽ cõcessit. quãto maior fuit sui conatus spes, tãto maior est sanctitas secu-(ta.

De Thaide.

SImili cõuersionis affectu Thais nobile scortũ in Aegypto Pafnuphij suasu gẽ-mas, & omnẽ uestium apparatũ, ac q̃cquid quæstu corporis sibi parauerat in ignẽ coniecit, ne prioris uitæ ulla extarent monimenta, confestimq; ex p̃stibulo transijt in monasteriũ. ei⁹ sanctitas sanctioris uiri testimonio est ad posteros illu-(strata.

De Maria Magdalena, & Aegyptiaca.

MAria cognomẽto Magdalenæ, & altera eius nominis, quæ Aegyptiaca di-cta est, spem ipsam nec aliud secutæ, in solitudinem abierunt. mirum quan-tum his labor, & abstinentia ad castitatem contulerint. castitas sanctitatem pepe-rit, quæ usq; adeo perspecta fuit, ut supra Iordanem uisa sit hæc siccis pedibus am-bulare, sublimis illa a terra distineri angelorum ministerio.

DE AETHNICIS EXEMPLIS.

DEfuit & p̃phanis spes sua. uerũ nõ ea, q̃ cœlestiũ rerũ admoneret subli-mitatẽ, q̃lis in nostrę pietatis hoibus fuit. p̃ alios illi gradus ad imortali-tatẽ p̃uenire se opinati sunt, nõ contẽnendo, sed hũana tuẽdo, ac quo-quo modo uitam iuuando, id illi credere deo proximum, id demum cœlo dignũ.

De Libero patre.

IAm uero Liber pater hoc in primis secut⁹ uideri potest, qui uitẽ, & uini usum, rem magis gratam homini, q̃ necessariam, proximus omnium demonstrauit.

De Cerere.

QVid Ceres in demõstratiõe tritici, an est aliud q̃ imortalitatis spem intuita? nunq̃ tantũ terrarum mortales docendo mulier p̃lustrasset, nisi spes magna oim conatuũ mater, in cõmuni laboranti affuisset. male actum esset ab initio cum homine, si qui iuuare possunt, solum officium intuerentur.

De Hercule.

NEc Theban⁹ ille Alcides tot sese mõstris opposuisset, labores, & p̃icula sub-itur⁹, si nulla æternitatis cura animũ tetigisset. hęc illi uel nouerca infestior, q̃ nũq̃ passa est eũ q̃escere. hęc durior q̃ ille & impiosus Eurystheus, p̃ quẽ tã ua-rie est exercit⁹ Alcmenę fili⁹. deniq; fuisset ille nũq̃ tãtus, si spem de imortalitate (nullam aio cõcepisset.

De Romulo.

HVc spectat illa Romuli, q̃ parẽs fuit, & cõditor Romanæ urbis, huc Numæ sanctitas, & si inter deoꝝ aras hic uixit, ille ĩter lituos, & arma. Neuter tñ tã-tum suscepisset laboris, si oĩa cũ corpe interitura credidisset. aliqd ambo speratũt diuersum a mortalitate, q̃propter laboriose uiuere nõ uoluptuose maluerunt.

De plurium Ro. uirtute.

AC Curij pauptas, fides Reguli, Fabritij constātia, Catonis sanctitas, Bruti, & Torquati seueritas, multo longiꝰ pspexere, ꝙ breuis sit hūanę uitę terminꝰ nisi uirtutis operibus longius extendat, alius itaꝗ alia uia. cæterū omnes immortalitatis spem complexi tales fuerunt, qualiū uirorū fama sit omni æuo duratura.

De Semiramide.

QVid ꝗ fœminis sua spes blandita est, æternitatemqꝫ pollicita? quæ causa fuit Semiramidi, ut uirilem sexum mentita amplissimos ductarit exercitus, multos, & magnos adierit labores, periculaqꝫ imensa præsertim Indico bello. licuisset illi ut fœminæ suæ per otiū indulgere libidini, nisi aliquid esse persuasum habuisset, quod ultra hoc quod uiuimus, stabile esset, perpetuumqꝫ mansurum.

De Artemisia.

REcusasset Artemisia Xerxis cōmilitium excusata sexus imbecillitatem. sed & prælia obire uoluit, & militares ferre labores ne tota semel interiret. Eadē fortassis alteri eiusdem nominis causa fuit, & nō iugalis amor sepulchri Mausolo construendi, rei opere & materia memoratissimæ. fuit enim inter rara mundi miracula id opus celebre. uel si extincti coniugis famā insigni monimento tueri uoluit (nā impatiēter eum amasse dicit͂) suā interim ambitiosa mulier non neglexit.

De Lucretia.

NEc Lucretiæ pudicitia, & si a Tarquinio læsa, tantum esset facinus ausa, nisi hic affectus, cuius nunc exempla referuntur, interuenisset. est enim uis eius tanta, ut uictura perimat, proferat peritura, neglecta fatorum lege.

De Tucia, & Claudia, Vestabilibus.

QVis demum Vestalis Claudiæ, aut Tuciæ factum consyderat, qui non fateatur sine spe euentus eorum, quę secuta sunt, res tantas non modo fieri, sed ne tentari quidem potuisse? & tamen hæc cribro aquam (ut proditum est) hausit, illa nauim, quam Ro. po. non potuit, cingulo remolita est.

DE CASTITATE. CAP. VI.

De Achimelecho.

ERat hic proprius locus, ut de tēperantia diceret͂. cæterū quia in proximū uolumen uelut sua sponte incidit, eiusmodi relatio, castitatis exempla subibunt. est uirtus hæc tanti, ut Abimelechus sacerdos panē cerimonia cōsecratum, neqꝫ Dauidi esurienti, neqꝫ ex ijs, qui cum Dauide erant, daturus fuerit, nisi prius exploratum habuisset, mundos fuisse eos ab oīmi mulierum congressu.

De Iohele propheta.

NOta uox est Iohelis prophetæ iubentis, ut sponsus de cubili suo migraret, sponsa de thalamo. ad excidium, & uastitatē, quæ Chaldæis iminebat, auerruncandam indixerat ipsi genti Propheta ieiunium, & fletum. cæterum neutrum credidit profuturum, nisi a castis fieret. tanti uirtutē unā insignis fecit propheta.

De Helia, & Heliseo, prophetis.

DVo huius ordinis uiri longe principes (de his loquor, qui salutarem Christi ortum diu antea præcesserūt) Helias, & Heliseus cœlibes uixere castitatem complexi, ijdem omnium soli mortuos suscitarunt.

De Iob.

QVid Iob qualis huius, aut q̃ memorabilis uox illa: fœdus inquit sanxi cum oculis meis, ut una contentus coniuge nec de uirgine cogitarem.

De Christo.

REx ille & doctor summ⁹, q oĩm uirtutũ exẽplar fuit oĩbus, cui⁹ uita nihil fuit unq̃ in terris sancti⁹, ex uirgine nasci uoluit, & ipse in certa pmãsit, ppetuaq; (uirginitate.

De Io. Baptista.

IO. Zachariæ, qui hunc baptismi lauacro admouit, & qui aliquanto prius q̃ na sceretur propheticæ dedit mentis argumenta quædam nihil obscura, castitatis obseruantissimum fuisse tam uerum sit q̃ pium credere.

De Io. Zebedei filio.

FVit & Zebedei filio nomen in hoc genere clarissimũ, ut quæ oĩm fuit uirginũ princeps, huius sit tutelæ non solum credita, sed in matrẽ etiã a filio attributa.

De Iacobo Adelphotheo.

IAcobus, qui ab eo ꝓ ore, & lineamentis esset Christo perquam similis, Adelphotheos dictus est, is unus omnium templi adytũ subire pontificum permissu potuit, quo nulli hoim præterq̃ sacerdotibus patebat accessus. qui honor contingere illi non potuisset, nisi recepta de eius castimonia uel inter inimicos opinione.

De Amo Aegyptio.

AGe & q̃ Amos castitate fuisse cẽsendus est: fuit is Aegyptius Abbas, q cum adulescẽs adhuc iussu patris duxisset uxorẽ, duo de uiginti annos cum ea castus, & integer uixit, puella multis ꝑsuasionib⁹ in sentẽtiã adducta, ut secũ castitatem tueret. postremo uxore domi relicta in solitudinẽ trãsijt, ut sanctius inter san (ctos uiueret.

De Amatore Antisiodorensi.

PAri ꝓposito, euẽtuq; adhuc fœliciore, q a sine diuortio, Amator, q Antisiodorensis postea fuit antistes, uxorẽ duxit elegãti forma, nobiliq; loco ortam, quã honeste, & sancte tractando eo perduxit, ut secum omni tempore caste uixerit.

De Iuliano Antiocheno.

PRætulit Iulianus Antiochenus martyr, corporis hunc, & animi candorem iugalibus illecebris. Basilla, quam sibi uxorem duxit, ab oĩni libidinis affectu salutari monitu auersa, totũ matrimonij mun⁹ in castitatis sanctimoniã uertit, mox religionem secuti, uterq; sui factus est propositi compos, cœlumq; promeritus.

De Vandone Abbate.

VAndon abbas Pipini nepos nõ castitatẽ solũ, sed religionẽ etiã ꝑsuasit cõiugi, suntq; ambo initiati. monachorũq; hic postea abbas fact⁹, illa sacrarũ uir (ginũ collegio ascita.

De Leone Pontifice.

MIrum uideri possit, quod de Leone pontifice, q primus id nomẽ tulit memoriæ proditũ est. forte accidit ut dominicæ resurrectionis die, cũ Eucharistiã daret populo, eius sit manus matronæ osculo contacta, secutaq; sit ob eam rem tacita quædã libidinis appetentia, quã simul ac sensit manũ sibi ultro abscidit, ut pars illa unde lues irrepserat, a toto corpore tanq̃ contagiosa abscinderetur.

De Benedicto Abbate.

REmissiore pœna, sed in p̃sens nõ minus atroci ad incestã recordationẽ mulieris a se uisç castigandã, est in se usus Benedictus abbas crebra corpis sup murices, & sentes uolutatiõe, ut ps illa hois, q̃ in lapsum ꝓnior esset, atrocitate suppli

tij a lubrico retardaret.

De diuo Augustino.

ROgatus Aurelius Augustin⁹ quid esset q̃ nollet cum sorore habitare, ita occurrisse fertur, quia non sunt mihi sorores, quæ cum sorore mea sunt, enimuero malum est uidere fœminam, peius alloqui, pessimum attingere.

De Io. Anachoreta.

NVnq̃ fœmina a Io. Anachoreta uisa est, neq; ab ulla uideri uoluit, a uiris raro. petijt tamen Centurio quidam, ut ab uxore sua pateretur se conspici. erat inquit, & me in somnis uidebit, si pie id cupit. nec defuit prædictioni euentus.

De Arsenio abbate.

ARsenio abbati, qui iuxta uiros, fœminasq; ut rem ad sanctiorem uitæ cultũ tuendum exitialem refugiebat, cum forte matrona quædam nihil obscuri generis sese repente obtulisset, turbatum, & auersantem orare cœpit, ne suum occursum tam atrociter declinaret, & ut deum pro se precaretur. precabor inquit ille libens, ne talis sim occursus memor amplius.

De Pione, Antonij abbatis discipulo.

CAutus Pion Anthonij abbatis discipulus. is quoq; cum mulierũ non minus q̃ Arsenius sollicite congressum euitaret p̃cibus fatigatus, ut sororem graui morbo affectam inuiseret, elieno ductu, & luminibus clausis, eius domum subijt, ac retro abijt, ne qua sibi muliebris illecebra in itu, aut reditu occurreret.

De Vrsino Nursiæ presbytero.

ESt & Vrsini Nursiæ presbyteri uox memorabilis. duxit hic aliquando uxorem. cæterum sacerdos factus ita eam dimisit, ut nulla de causa ad se ire pateretur. post uero. xl. annos cũ morbo consumptus pro defuncto iaceret, quæ olim coniunx fuerat aurem ad iacentis narem leuiter admouit, exploratura an adhuc uiueret. mirabile dictu scintilla quædam uitalis spiritus, quæ moribundo corpore adhuc erat, sese in uocem collegit, ac facesse inquit, mulier hinc, nondum penitus extinctus est ignis, tolle paleam. ac cum his animam efflauit.

De Aniano, Alexandriæ Antistite.

VIdit Anian⁹ Alexãdriæ antistes fœminã quandã, q a tñ (ut credere est) uisam concupiuit, oculũ sibi eruit, erutũ a se, piecit. inde corpus gelidis immergẽs aquis, immersum inedia, & labore macerauit. p quæ adeo ꝑfecit, ut in christiana fide asserenda sit mons ab eo ex Numidia (ut fertur) Babylonem translatus.

De Niceta Martyre.

RArum & illud Nicetæ martyris exemplũ, cui corpore prius arctissime cõstricto, lectoq; molliter in strato iacenti, petulans meretrix admota est, quæ osculis, cõplexibus, & omnifariã illecebris iuuenẽ resupinatũ ad Venerem excitaret. erat q; auctor supplitij huius Maximinus pater Nicomediæ rex, ut iuuenis animũ a castissimo ꝓposito auerteret. inuenit tñ castitas sua arma, ac qñ imminentẽ pestẽ aliter ꝓpulsare nõ potuit, linguã mordicus abscissam in puellã sibi imminentẽ cõspuit, resperſitq; cruore illius faciẽ. est itaq; fœditate oris, qñ alia ui nequibat, uis illa a iuuene repulsa, & quod cupidius appetebatur, id est præcipue fastiditum.

De Hilarione abbate.

COnficiã te inedia dicere solebat Hilarion abbas seipsum uel ingenitã potius corpi concupiscentiã affatus, faxim ut de cibo cogites nõ de uoluptate. hæc

ille atrociter minari, sed maiora adhuc supplitia sibi irrogauit, tertio quoq; die herbarum succo, paucisq; corpus inedia pene consumptum caricis reficiens, rastro sub dio operari, ut ieiuniorum laborem corporis labor duplicaret.

De Euagrio Presbytero.

EVagrius p̄sbyter hybernas noctes in puteis egit, ut ab om̄i affectu libidinis suū corpus uindicaret. Bernardus abbas in lacu. Aniumarus Tamanēsis antistes in ueprib⁹ uolutari. Frācīscus Asisias in hybernis niuib⁹, tāta hoib⁹ sanę mētis fuit castitas cura, tantū incestæ uoluptatis odiū, sunt & mulierꝝ exēpla uitæ in hac pte plura fortassis q̄ uiroꝝ, sed paucis cōtenta erit hæc relatio, ne multitudo (pariat fastidiū.

De Iuditha uidua.

IVditha mulier uidua, cum ad recens connubium impelleretur, cilicium ornatu prætulit, obiecitq; libidini ieiunium, uigilias somno, otio laborem, datum itaq; illi est Olophernem, quem recte aliquis Cacodæmonem credat, interficere.

De Anna prophetica muliere.

POst septimū cōnubij annū uidua facta Phanuelis filia Anna, ad quartum usq; & octogesimū annū caste uixit, meruitq; tanta cōtinentiæ indoles Christum nuperrime ortum uidere, uisum agnoscere, agnitum adorare.

De Deipara uirgine.

FVit Deipara Christi mater, nō solū uirgo, sed oīm etiā uirginū decus, & specimen unicū, ut nefas sit sanctissimū ei⁹ nomē in ordinē redigere, nisi ꝓ typo sit, (& uirginitatis Idæa.

De Susanna.

QVid Susanna, nōne famæ, uitæq; periculum adire maluit, q̄ pudicitiæ (quæ castitatis est soror) propositum amitteret? sed supplitium, & infamia in eos redundauit, qui puellæ calumniam intenderant.

De Aquileiensi fœmina.

NEc illud parum insigne, q̄ capta ab Hunnis Aquileia, cum ingenua quædā mulier a Barbaro hoste capta ad stuprū raperetur, in preces uersa tanq̄ secreti cupida facile impetrauit, ut in superiorem partem domus abduceretur. iussa itaq; prius locum ascendere, confestim partem illam cœnaculi occupat, quæ fluuio imminebat, inde ad Hunnum conuersa, sequere me inquit si uis me potiri, ac cum his in subiectum flumen se præcipitauit.

DE AETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMO

De Hippolyto.

SVnt & extraria exēpla aliq̄ uirtutis hui⁹, quoꝝ illud in uiris maxīe memorabile. maluit Hippolytus castissim⁹ adulescēs patris iram offendere, q̄ nouercali libidini parere. dign⁹ (si uera sunt, quæ de eo poetæ scribunt) q̄ mortuus reuixerit, fueritq; curæ illi deæ, quā oīm castissimā fabulata est uetustas.

De Essenijs.

ESsenij gens in Syria non procul ab Aphaltite lacu, præ cæteris q̄ unq̄ fuerūt in toto orbe, uel ob hoc q̄d dicā, maxime memorabilis, cœlibes, & sine mulierum cōmertio om̄i uenere abdicata uitā agitasse dicunt. renascebat̄ gens alioqui interitura conuenarꝫ turba. ijs hoim terrā ipsam adeuntibus, quos uita fessos ad mores eoꝝ fortuna fluctibus agitabat, atq; ita multis ætatibus (incredibile dictu) gens æterna fuit, in qua nemo nasceretur, duret ne hodie peruetus mos ille, & ri

tus gentis in tanta rerum mutatione haud quisque facile dixerit.

De Trebonio adulescente.

POssunt (scio) ad pudicitiam referri duo hæc exempla, quæ his subijciuntur. at uero quia rara sunt, & ab libidinis fœditate abhorrentia, eiusmodi esse arbitror, quæ in ordinem merito referantur. Trebonius adulescens cum a.C. Lucio Marij consulis, & copiarum imperatoris propinquo ad stuprum sollicitaretur, & iam non procul abesset, quia pollicitationibus nullis flecti poterat, ut uim pateretur, auctorem iniuriæ ferro obtruncauit. maluit probus adulescens capite & fama periclitari. cognouit causam. C. Marius, ac manifestæ cædis reum non modo non aliquo affecit supplitio, sed pro concione laudatum corona donauit.

De Atheniensi adulescente.

PAri proposito sed euentu tristiore adulescens quidam Athenis, cum intemperiem Demetrij regis in balneis declinare non posset, in feruentis aquæ lacum sese proiecit, uitam aspernatus, ut pudicitiam tueretur.

De Lucretia.

POtuit Lucretia Collatini satis honeste uiuere post pudicitiam a Tarquinij filio uiolatã, aberat enim inde dedecus unde abfuerat & peccãdi uoluntas, absoluebaturque domesticorũ iudicio interpolatus perpetuæ pudicitiæ tenor. at odium flagitij fecit, ut suorum desyderio deesse maluerit, quam ultioni superesse.

De Timoclia Thebana.

SEd Thebana mulier longe aliter ulta est profligatam ab hoste pudicitiam, uertitque pœnam non in se, unde culpa aberat, sed in auctorem culpæ. fuit Timoclia hæc matrona nobilissima, quæ captis ab Alexandro Thebis domo excisa direptisque penatibus, cum uiolentum etiã stuprum passa esset, a duce quodã Thracum, qui in Macedonum exercitu erat, rem cõmenta est nõ uulgaris exempli ad iniuriam ulciscendam, testata se locum scire ubi multum esset auri defossum. credidit Barbarus, perductusque ab ea est ad profundissimũ puteum, qui remotiore fuit parte domus. hic cum Thrax explorabũdus prono in lapsum statu puteo immineret, ut quid in imo fundo esset melius prospiceret, a Timoclia, quæ a tergo stabat, repente impulsus præceps ad ima corruit, saxisque superne iniectis hostem exanimauit. rapitur illa confestim in iudiciũ, & ad regis conspectũ destituta, & quænam esset fœmina iussa dicere, fuisse se intrepide respondit Theagenis sororẽ, qui aduersus Macedones ad Chęroneã Thebanã instruxit aciẽ, oppetijtque mortẽ pro libertate Græcię. mulieris constãtiam miratus Alexander, præclarũque facinus, liberã cũ tota domo esse iussit, adeo nõnunquam, uel apud hostes in magno fuit honore uirtus.

De Monima Milesia.

COncupiuit Mithridates rex Ponti ardẽtissime Monimam Milesiam. sed cũ ne magno quidem auri pondere mulierem corrumpere potuisset, iunxit illam sibi inuitam matrimonio, atque adeo reluctantem, ut reginæ nomen, & decus pertesa sibi mortem consciuerit.

DE PATIENTIA, ET TOLERANTIA IN ADVERSIS. CAP. VII.

REs nõ parua est fortiter ferre dolores corporis, sæuosque cruciatus. sed maior oĩno non frangi in aduersis, non excandescere, non muliebriter, & afflictum

lamẽtari,nõ deũ(q̃d impiũ ſit)nõ hoies incuſare.ſed ſeſe & animũ mentẽq; cõponere ad oẽs caſus æquanimiter ferendos,q̃d noſtratiũ hoim pleriq; feciſſe dicunt pietatis ſtudio,non ut Aethnici,qui ut cæteris meliores haberent, duo in primis ſibi ꝓpoſuere,ut fortia fortiter paterent, & abſtinerẽt.ſed hoc terrã ſapit,illud cœlum.

De Iob,mortalium patientiſſimo.

TAlis in Iob mortaliũ patientiſſimo claruit uirtus,qui liberis,oĩbusq; fortunis,ſiue ꝓuidẽtia,ſiue caſu priuatus, nudus inquit exij e matris utero, nudus reuertar,Deus optimus dedit hæc,Maximus deus idem abſtulit.

De Ezechia rege.

MOnitus ezechias rex ꝓphetę uoce fore ut diuitię, q̃s inſolẽti⁹ oſtẽtaſſet, Babylonẽ transferrent,nihil oraculũ auerſatus ita occurriſſe fert, bonus eſt ſermo,quẽ dñs locut⁹ eſt.ſit pax(oro)& ueritas dieb⁹ meis.hæc ille, & pœna in poſteros dilata eſt.

De Stephano ſacerdote Reatino.

COngeſſerat ſegetem deſectam ex modico agro in proximam aream Stephanus ſacerdos i Sabinis apud Reate.eſtq; ea mox paulo incẽſa ſubiecto igni a quodam chriſtiani nois inimico. nuntiauit id trepide diſcipulus, ue tibi, ue inquit clamitans,area incenſa eſt.immo ue illi reſpondit per quem id mihi accidit. perſuaſum habuit uir iuſtiſſimus nihil malum dici oportere præter peccatum.

De diuo Hieronymo.

ABegerãt furto quidã diuo Hieronymo aſinũ (quẽ unicũ habebat) in eremo agẽti,tulitq; id incõmodũ ſuſq; deq; uir ſanctiſſimus.reſtituerũtq; eũ ultro latrones pœnitẽtia ducti. quibus ueniã orãtibus nõ ſolũ ignouit,ſed ſuę etiã menſę adhibuit,monitosq; ut ſuo contenti uiuerent,comiter,& benigne a ſe dimiſit.

De Thobia.

THobias hirundinũ excremẽtis caſu quodã excæcat⁹ tulit inopinatã cladem patiẽter,nihil a pietate aberrãs,cœli numẽ,ut ſi q̃n alias, maxime ueneratus meruit tenax ille cultus,ut uiſus,q̃ iã in ꝑditis habebat,aliq̃t poſt annos humanæ pietati reſtitutus.

De Petro Claraualleñ abbate.

CAptus eſt Petrus Claraualleñſis abbas altero oculo graui morbo affectus, cæterũ tantũ abfuit,ut ob eã cladẽ ſic mœrore aliq̃ affect⁹,ut teſtaret etiã uehemẽter ſe gaudere,q; ex duabus corꝑis ꝑtibus ſibi inimiciſſimis,alteri⁹ moleſtia liberat⁹ eſſet.

De Pigmenio Ro.preſbytero.

GAudebat & Pigmenius Ro. preſbyter, q; ambobus eſſet oculis captus ne eccleſiæ inimicos uideret.occurrit itaq; illi aliq̃n Iulianus apoſtata, habeoq; inquit is atq; ago deo o Pigmeni gratias q; te uideo,tum ille, & ego quidẽ habeo & ago q; te non uideo.tulit Pigmenius non ſolum iacturã corporis fortiter, ſed tyrannum etiam contempſit omnibus alioqui formidoloſum,& terrificum.

DE AETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMO

De Dionyſio Tyranno.

DIonyſius iunior regno deiectus adeo priſtinã eſt fortunã oblit⁹, ut iam min⁹ ſape,ac parũ ſibi cõſtare a multis crederet.cęterũ rogatus a quodam ecqd ex Platonis cõſuetudine eſſet aſſecut⁹,quẽ incolumi regno tã diu penes ſe habuiſſet:an parũ inq̃t uobis cõſecutus uideor, q; ꝑſentẽ fortunã tam fortiter fero?

De Socrate.

SOcrates uir ad sapientiam natus ictu calcis a quodam percussus patienter tulit. ferre id iniquo animo ex eius assectatoribus quidam, monitusq; ut hoiem repercuteret, an inquit socrates si meus me asinus percusserit, oporteat me cõtinuo in quadrupedem recalcitrare?

De Diogene Cynico.

NIhil alienũ sit (arbitror) a præsenti relatione (nam id exemplũ ad patientiam pertinet) quonã modo Sinopeus Diogenes sit iniuriã ultus, fuit is Cynicæ sectæ ob uitæ austeritatẽ celeberrimus. ingressus aliqñ conuiuium male acceptus est ab insolenti iuuenũ cœtu, multisq; inibi, cruentisq; plagis affectus, tulit fortiter Cynicus senex contumeliosam illã conuiuij temulentiã, stultãq; intemperiem, au ctorum tantum nomina excripsit, suo sanguine exscripta ferculo circumtulit.

De Sertorio.

FVit Sertorius Romanorũ ducũ uirtute bellica haud quidẽ ultimus, cum bello quodã adhuc priuatus oculũ amisisset, non solũ id infortuniũ fortiter tulit, sed gloriari etiam est solitus, q; cæteri uiri fortes sua uirtutis insignia torques, hastas, coronas domi relinquerent, ipse ubiq; sua haberet decora.

De Cornelio Sylla.

EXtant & Cornelij Syllę duo id gen⁹ exẽpla. siquidẽ deposita dictatura cum priuat⁹ se domũ reciperet, uno aut altero amicorũ comitãtibus in adulescentis intẽperiẽ incidit, cui⁹ pater fuerat ab eo ꝓscriptus. maledictis itaq;, ac ꝓbris exceptum abeuntẽ insectat⁹ est, atrocẽ ultionẽ minaciter intendẽs nullo interim ciuiũ intercedẽte, aut adulescẽtis petulantiã cohibẽte. tulit obiter Sylla tacitus patienter hois insectationẽ, tantũ ad amicos cõuersus, hic inqt adulescẽs fecit hodie, ut quicũq; post hac dictaturã inuaserit, nõ nisi cũ morte sit illã depositurus. q̃d in. C. (Cæsare postea euenit.

De eodem.

SEd q̃ patienter Sylla hanc tulit cõtumeliã, tã prudenter phthiriasim dissimulauit. q ut rei fœditatẽ tegeret, soporiferã quietẽ morbo teterrimo prætexuit.

DE PATIENTIA IN DOLORE FERENDO. CAP. VIII.

De Hieremia propheta.

HIeremias, q ex ꝓphetarũ principib⁹ un⁹ fuit, nescias maior ne fuerit mẽte futurorũ ꝓscia, an in carceris molestia, & uerberib⁹ ferẽdis cõstantior, patiẽs certe, & inuicto similis apparuit, dũ cœnoso lacu mergiẽ, dũ lapidib⁹ obruiẽ, ut dubiũ uideri possit, sit ne magis cœlũ meritus, an adeptus?

De Esaia propheta.

QVid Esaias? q uiu⁹ sect⁹ est in duas ptes? cæterũ affuit nõ tantũ illi, sed super fuit etiã patiẽtia medio cruciatu, ut ne pati qdẽ uidereẽ, qa nihil patiẽti esset (similis.

De tribus pueris.

SEd quãta in his (quorũ memini) extitit in dolorib⁹ uirt⁹. tãta ac nescio an maior etiã in trib⁹ eiusdẽ gẽtis pueris, q ætatẽ, q̃ tenera adhuc erat, magnitudine animi supgressi, medio flãmarũ æstu destituti deo seruatori hymnũ cecinerunt.

De Christo Deiparæ filio.

MAgnum est fortiter ferre quæ ferenda sunt, sed ultro sese supplitio, & cruciatibus offerre, cum uitare possis, is multo maius est q̃ præstare soleat humana uirtus. Christus tñ Deiparæ filius ignominiose, & atrociter torqueri uoluit, cũ

is esset, q̃ ꝓpria uirtute (erat em̃ Theanthropos) oẽm uim a se depellere potuisset, uolẽs itaq; dedit se ijs uerberandũ, affigẽdumq; cruci, quorũ iuxta mors, uitaq; in ipsi⁹ erat ptãte, q̃ inter sontes, & nocẽtes appẽsus est, cũ oim esset ipse innocẽtissi(mus.

De Stephano protomartyre.

POtuit protomartyr Stephanus, cum lapidibus obrueretur, supplitij diritatem fortiter ferre, atq; ita potuit, ut ducis optimi optimus miles exemplum secut⁹, uel medio dolore non potuerit de percussorum salute non esse sollicitus.

De Marcellino, & fratre.

QVid Marcellin⁹, & frater, an hi stipitib⁹ affixi dolori succubuisse uideri pos sint, aut minus constanter martyriũ tulisse? q̃ medio cruciatu sunt illud cane re exorsi. Ecce q̃ bonũ, & q̃ iucundũ. notũ est reliquũ carmen. ferre illi tam pul chre supplitiũ alioq; atrocissimũ. at impius Diocletian⁹ eorũ uocẽ ferre nõ potuit, q̃n ludibrio se illis esse arbitratus q; canerent, q̃s flere uoluisset, utrũq; telis trãsfigi imperauit. sæuus carnifex, cui pro Sirenibus fuit piorũ gemitus, supplitiũ ꝑ theatro.

De Agatha uirgine.

SVnt & muliebris sexus nõ min⁹ grãdia uirtutis hui⁹ exẽpla nec pauciora, sed unum ponere aut alterũ curæ erit, ne caput nimiũ crescat. dissecta est fidiculis atq; eculio imposita Agatha Catinẽsis uirgo, quia dæmonibus nollet sacrificare, uel q; testata est se non pœnis affici sed delectari. sæuire Quintianus Siciliæ Pro consul, simulq; illi mammã imperat a pectore diuelli. conuulsam uirgo impio ho mini exprobrat. an non pudet te Quintiane laniasse in me, q̃d te in matre aluit?

De Tecla uirgine.

FVit & Teclæ uirginis tolerantia atrocissimis par supplitijs, quin superfuit etiã enim uero innoxie flammis iniecta est, bestijs exposita, tauris distracta, tan dem tortoribus stupentibus, suæq; impietatis, & talium suppliciorum admonitis torqueri desita est, & ab iniuria uindicata.

DE AETHNICIS EXEMPLIS. De Mutio Scæuola.

AGe uero ecqs unq̃ tã patiẽs fuit in dolore ferẽdo, q̃ Mutius Scæuola, is q̃a destinata aĩo cęde imprudẽtia aberrasset, scribãq; ꝑ rege obtruncas set, dexterã manũ in ignẽ cõiecit, fortiusq; Romana uirt⁹ suã ꝑtulit cla dẽ, q̃ infestissim⁹ hostis spectare potuerit. digna q̃propter Porsena rex (ex hoste Ro. po. amic⁹ repẽte sit fact⁹.

De Anaxarcho.

ANaxarchus cũ in lapidea tyranni iussu tunderetur pila ferreis pistillis, tantũ ab fuit, ut significationẽ ullã dederit doloris, ut hortatus sit etiã ad id opus tor tores ipsos, tundite inquit pilã Anaxarchi. nam Anaxarchum non tunditis.

De Attilio regulo.

NEc Regulus maiorẽ in suo ad hostẽ reditu ꝑstitit fidẽ, q̃ in supplitio cõstan tiã. duplex itaq; laus hodie hoĩs memoriã comitatur, iustitię una, altera fortitu dinis. utraq; uirtus, atq; ei⁹ indolis alũna, ꝑ quã res Romana nõ solũ creuit, sed eti(am in immẽsum ꝓpagata est.

De Hispani Reguli Seruo.

MIrum uideri possit, quod de quodam in Hispania seruo proditum est memo riæ. is ut domini sui necem ulcisceretur, Hasdrubalem clarissimum Cartha ginensium ducem obtruncauit. idem ad supplitium raptus, cum uarijs torqueretur modis, dirisq; cruciatibus afficeretur, non mõ uultu, aut querula uoce, gemituue ullo dolore affici uisus est, sed ridens, gestiensq; lætitia medio dolore expirauit.

De Mario Arpinate.

PAssus est Marius Arpinas sibi uarices extrahi. at quantū interim doloris pertulerit in ea curatione non ex ipsius fremitu aliaue doloris significatiōe est cōpertum, sed ꝙ alterum crus euaricandum medico exhibere noluit.

De Leæna meretrice.

ADijciatur his unum muliebre exemplum. Leæna (id illi nomen fuisse proditum est) corpore hæc quæstum Athenis faciebat, Pisistratidarū sæuitia immaniter uexata, multiplicíq; cruciatu affecta, subigi non potuit, ut Armodiū, & Aristogitonem tyrannicidas, quorum erat consilij conscia, suo indicio proderet.

QVINTI EXEMPLORVM LIBRI FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER SEXTVS.

SVbtexenda nunc sunt his promiscue animorum, corporumq; exempla, generatim tamen. uendicāt sibi in his quæ ad Politicen pertinent primum locum, instituta urbium, gentium, & populorum tam multa numero, ꝙ relatu dignissima.

DE PECVLIARIBVS VRBIVM, ET PO. INSTITVTIS. CAP. I.

De Iudæis.

HOrū puetustū censet̄ illud in Iudæorū gēte, ꝙ quinquagesimo quoq; āno debitæ relaxabant̄ pecuniæ, donabantur serui libertate. q̄ uilius uenissent, antiqs possessoribus redibebant̄. ut tellus immunis eo anno haberet. ac q̄scūq; sua sponte fruges tulisset, tribulibus essent, & hospitibus cōmunes.

De eadem gente.

SEd ꝙ pie, & humane hoc, tam superstitiose (ne grauiore utar uerbo) mos tenuit in his omne alterius gentis cōmertium, & affinitatem auersari, ut ne uiā quidem aberrantibus nisi suis, aut fontem sitientibus monstrare fas esset.

De Instituto Christianæ religionis.

QVanto sanctius chr̄iana tulit religio, ut stato & solēni die q̄tannis ꝑ uniuersis gētib⁹ uniuersa ꝑcaret̄ ecclesia, ne ijs qdē exclusis, q excōfesso essent hostes infestissimi.

De eadem religione.

QVid illud ꝙ festa luce qcunq; sacrorū causa sacerdotibus assistunt, dum rem diuinā faciunt, pari instituto osculo pacis mutuā inter se firmant charitatē.

De cultu, & obseruatione diui Francisci.

EIusdē haud dubie pietatis est exemplū minus celebre, quia non ad omes pertinet, ꝙ priora illa præcipua, alioqui laude dignū. est pars una christiani nois addicta religioni, atq; in eo ordine plurimi mortales, q signatū aurū nō attingunt, non argentū, ullūue monetæ genus, nō pecunia his ulla. pauperiē cū castitate, & obseqo ꝓfessi, nudas lignea solea muniūt Plātas. corpus camisina tunica funiculo succincta palliolóq; tegūt. sunt & in alijs ordinib⁹ alia austeritatis argumēta. nam citra hæc sunt quibus perpetuū silentiū indicit̄, alijs ois est carniū usus ademptus, ut in nulla parte humanæ pietatis maior existat sanctitatis opinio, maioresq; sint profectus secuti, nec unde plures extiterint, qui cœlestium numerum auxerint.

De Venetis.

SVnt qui in Venetis(diu enim gens hæc tenuit Adriæ oram)ante humanæ salutis annos ueteri instituto seruarunt,ut uirgines iam maturę uiro publice matrimonio locarentur.exigebaturq́ pro ijs,quæ eleganti essent forma, grandis pecunia ab earum sponsis ceu forma ipsa emeretur.mediocriter pulchræ gratis nuptui dabantur.deformib⁹ aspectu,& quas ne gratis quidē ducturus esset quisq̃, dos ex ea pecunia, quæ ex uenustarum locatione coacta fuisset, conflabatur. sed uetus hoc, & in Aethnicis potius reponēdum.Nunc,quod ad præsentem attinet relationem,in florentissima ciuitate,quam hodie Veneti habent, ueteri instituto eiecticiæ uirgines publica cura honeste,& scite instituunt.q̃ ubi p ætatē adoleuere,si gratis locari nequeant,quia minus formosæ,ex publico accipiunt dotem.

De altero Venetorum instituto.

QVid q in eadē ciuitate patrij moris est,ut pars multo maxima ciuiū tertiafere diei hora unū in locū coeat uelut ad emporiū negotiorꝫ causa. Riuo alto est nomen loco,ubi sine fremitu,sine altercationē ulla tanq̃ nutu non uerbo inter se paciscant,cuncta orbis uerius q̃ urbis negotia incredibili silentio transfigūtur. tanta est uni ciuitati in rebus agendis grauitas,& modestia,umbras dicas, & statuas esse nō homines frequentē illum hoīm conuentū,tametsi proximus spectes. ut fere,sciteq́ sit illud in ore multorꝫ,negotiationē nulla re minus egere q̃ uerbis.

De Florentiæ ciuitatis instituto.

ET quia hactenus nostratia dicuntur,unum etiamnū adijciatur publicum exemplum ex Grætia(ut arbitror)in Italiā translatitium, præcipueq́ Florentiæ in Hetruria,ubi patrio instituto amquiritur in eos,qui otiose,& ignauiter in ea ciuitate agunt,ex his expostulatus aliquis unde uictum sibi quærat,& uestitū,si expedire non possit,nec uitæ innocentiam probare, ut sceleris conuictus plectitur, aut tanq̃ ciuitati perniciosus urbe eijcitur.

DE AETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMO De Indis.

SVnt haud dubie multa hæc in antiquæ,& nouæ pietatis gentib⁹, pp̃lisq́. sed in Aethnicis adhuc plura,& in his detestabilia quædā, q̃le illud Indorꝫ quorundā uetus institutū,qui parentes senio confectos gentili more interfectos solennibus epulis permixtos esitabant.& in Cathcis diuersa Indorꝫ gente uxor,q̃ oim charissima fuit uiro,cū eo uita defuncto uolens eodē rogo cremabat̃.

De eadem gente.

NEc illud in eadem gente parum insigne.q cum nullus in his esset literarum usus,omnis æui memoriam tenebant. assidebant maioribus natu iuniores, ex his fabulantibus,ueterum rerum memoriam repetentibus totum uetustatis schema percipiebant animo,tradebantq́ per manus posteris.

De eadem gente,& Aethiopibus.

FVit p̃terea ipsi genti nullū parandi auri,& argenti studiū.nemo eīm utebatur. in quo Aethiopum(qui mortalium antiquissimi cēsentur)uideri possunt morem secuti.sunt enim hi adeo aurum aspernati, ut in nulla re alia pretiosissimo alio qui apud alios mortales metallo uterentur,q̃ in penalibus cathenis.

De Aegyptijs.

AEgyptij ꝟo ut cœlo, & flumine, ita om̄i uiuēdi ritu a cęteris mortalibꝰ diuersi, in qbus mulieres cauponari, institoriaq; obire munia consueuere. uiri intra domoꝝ parietes texere, & muliebriter opari. hi onera capitibus ferre, mulieres hūeris. hi sedētes micturire, illę stantes. fœminę ad hęc in uijs cōmessari, uiri in priuato, usq; adeo puerse oĩa gens una, aut instituit, aut ab alijs instituta ser (uauit.

De Arabibus.

PRoditur & Arabum mos minime uulgaris. sunt hi ab Aegypto non multum regione diuersi, in quibus non artes ab uno in alium transferunt, sed in patrio quisq; instituto permanet. oĩa uniuersæ cognationi cōmunia, una om̄ibus uxor, atq; eadē soror. alterius sanguinis congressus pro adulterio est, aut certe olim fuit. sic gens una oblita humani iuris, p̄ter incestū oēm uenerē ꝓ flagitio repudiauit.

De Cretensium ritu.

VEtusti fuit moris in Creta insula nobiles puellas ex omni iuuenum cœtu sibi sponsum optare. eiusdē fuit gentis (nam hoc quoq; ꝓditū est) lætos dies candido notare calculo, tristes atro. sed multo plures Thracū hoc fuisse malūt. potuit (scio) utrisq; cōmune id esse, sed in his trāslatitiū, aut illis. Cæterū cuiuscūq; gentis fuit inuentū, nescias ambitioso magis astu, an uana hoĩm ꝑsuasione sit mos ille inductus, per quē seipsum homo circūscriberet. cum tristis diei, ac funesti nō aliunde sit exordium, q̄ ex hoc ipso, quem stulta mortalitas fœlicem existimauit.

De Spartanis.

SVstulerūt e medio oēm auri, & argenti usum Spartani ex Lycurgi instituto, ferrūq; p̄tulerunt, utpote rem magis uitæ utilē nūmo ex eadē materia ꝑcusso, certa persuasione nullā ciuitatē diu duraturā, in q̄ luxus, & auaritia præualerent.

De eadem ciuitate.

EAdem ciuitas, om̄eis sedentarias artes urbe expulit rei bellicæ dumtaxat studio ciuibus relicto. per quæ Lacedæmonij non solum Græciæ, sed omnium gentium parsimonia, & animi robore præstantissimi fuere.

De Atheniensibus.

COntra Athenięses Solone auctore, omneis huiusmodi artes complexi rem sane utilem, & ciuitati necessariam opificem credidere, ut lege sanxerint, qui nullam a parentibus artem accepisset, nulla his senio confectis deberet alimenta. cæterum tam his nihil deberet, q̄ qui meretricatu natus esset.

De Romanæ ciuitatis conditore.

PAri prudentia conditor Romanæ urbis Romulus ad uetitam Venerem inhibendam perpetuum uini usum mulieribus interdixit, temulētiam ratus principium corruptionis esse in fœmina. inoluit itaq; mos ciuitatis, ut uiri domū reuersi coniugis, filiarumq; osculum poscerent, exploraturi an temetum olerent.

De eodem Romulo.

SEd q̄ in hoc rex ille ueterē reluit Atheniensiū morē tam diuersus abijt ab illorum instituto in artiū celebritate. qn Lacedæmonios potius imitatus nullā reliquit Romanæ ciuitati artē exercendā p̄ter agriculturā, & disciplinā militarem. unde suprema illa laudatio in ciuitate Quiritiū, bonus miles, bonusq; colonus.

De Garamantibus.

GAramantes in Lybia locoꝝ natura freti latrocinio uictitāt, in nautas ui tem

pestatis in breuia Syrtium delatos uadatim grassantes.

De ritu Tauricæ gentis.

ATrocior Taurorꝝ rit⁹, ac min⁹ hospitalis (sunt Tauri Scythicũ gen⁹ hoim) tenuit uet⁹ mos in his hospites ad se q̃quo mõ uenietes ad Dianę arã imolare. testaẽ durũ morẽ religiõis, Orestis ad ea loca accessus. q cũ Iphigenia sorore in de deę simulachrũ asportauit, si uera sunt, q̃ de eo historiarũ cõditores qdã ꝑdide(runt.

De Amazonibus.

AMazones, quæ regione non multum diuersa regnum tenuerunt, & ipsæ a Scythis oriundæ præterq̃ q̃ sine uiris uitam agitabant, bella multa, & grauia tractasse dicunẽ, lateq; imperitasse, mãmarũ altera adusta, ne sagittandi studio foret ea res impedimento. mirũ est quanta indole non solũ genus, sed & regnum ampliarint, omni alioqui uirorum cõmertio, ꝑterq̃ in conceptu longius excluso.

De Agathyrsis.

SVnt & Agathyrsi Scythæ cultissimi alioqui, & aurum uulgo gestãtes. sed foedum illud in gente, q̃ mulieres cõmũnes habẽt, ut inter se germani sint, ac propemodum domestici, non odijs se non probris incessentes.

De Melanchlænis.

MElanchlæni in eadẽ Scythia oẽs nigra ueste amiciunẽ, q̃d ĩpm gentis nomẽ declarat. sed in his illud dirũ, & detestabile, q̃ ab esu humanæ carnis nõ ab(stinent.

De Budinis.

SEd q̃ hoc in Melanchlænis odiosum, tam fœdũ & in Budinis eiusdẽ gentis, & obscœnum, q̃ pediculos esitant. est (quis nescit?) Melanchlænę gentis facinus inuidiosius, sed hoc a consuetudine non minus abhorrens.

De Parthis, & Persis.

NVnc Scythia egressus duarum gentium exempla adijciam. Parthicum hoc illud Persicum, utrumq; ab altero diuersum. pulchrum quod ad Persas attinet. instituere hi liberos ita ut non nisi uera loquerentur, & a mendatio abstinerent, quo nihil ad humanam societatem tuendam efficacius esse potest. contra dirum, & detestabile in Parthis, sed in regio tantum stemmate, ut non nisi ex filio, & matre genitus regnum capesseret.

DE NOVARVM RERVM INVENTORIBVS. CAP. II.

De Tubale, & Tubalcha.

EX Adami successorib⁹ nulli ꝑpemodũ sunt artiũ inuẽtores antiqore memoria q̃ tubal, & Tubalcha ærarię hic artis, illę musicę reptor. Græci, & Romani scriptores Grecos secuti utrũq; inuẽtũ in alios cõferũt, arcani hu(ius (ũn hęc sunt) haud dubie ignari.

De Noe.

NOe, q Cataclysmo sup̃fuit, primus uitẽ coluit, uinũq; ex ea bibit, nec citra temulentiã. sed id Grecia inuentũ ad Liberũ patrẽ retulit, suorꝝ (ut uidere est) hominum fautrix, ingeniorumq; suæ gentis ad inuidiam usq; ostentatrix.

De Literarum inuentione.

NIhil præterea prohibet nos credere literarum inuentionẽ Hebraicę esse gentis, hi enim uetustissimi censentur Assyrię incolæ. quę terra pulcherrimę rei partu merito gloriatur, si uera fuit tanti partus mater, & non nutrix.

De Abraamo.

NOn desunt, q citra oẽe Grecorꝝ nostrorꝝq; hoĩm testimoniũ Astronomicã scietiã cũ Geometria ab auctore maximo Hebraicę getis Abraamo Aegyptijs importatã asserãt. cũ eorꝝ certe sacerdotib⁹, q ĩde & sapiẽtes fuere, sæpius congressus dicit. horꝝ opinioni siquis astipulet, q̃d tam piũ sit, q̃ uero proximum. is duarꝝ nobiliũ artiũ ortũ, & incunabula ad Hebræos referat necesse est.

De Mose.

MOses dux, & ꝓpheta summus cœleste numen primus tabernaculo recepit. Solomon rex lapideo tẽplo, q̃d Dauid destinauit. Siquid est in terris his uetustius, Aethnicæ fuit gentis, nec ueri numinis locus, sed malorum dæmonum.

De Christo.

VErum enimuero nullum unq̃ institutum sanctius fuit, q̃ Christi regis. nullũ magis memorabile, & salutare Eucharistiæ sacramentum. est hoc ineffabile duabus basibus fidei, & pietatis nixum. per quod magna pars hominum (cum omnes alioqui potuissent) cœlestium est particeps facta.

De Gregorio Pontifice.

FVit hoc humanæ salutis summũ specimen. q̃d sequit̃ minimæ fuit de se æstimationis. Gregorius pontifex, q diuorꝝ est numero ascriptus, primus pontificũ in diplomatũ ꝓfatione se seruorꝝ dei seruũ inscripsit. quo nihil fieri potuit, aut eius, qui hoc posuit, pietati conuenientius, aut doctoris summi ꝓcepto similius.

De Paulo primo eremita.

PAulus Thebis in Aegypto natus, prim⁹ omnium in solitudine uixit. magno posteris documẽto procul ab humanæ uitæ fluctibus tutiorẽ mortalibus patere uiam ad cœli fores referandas, qua mox Onophrius, Pasnuphius, & alij multi constanter ingressi, multo ualidius, q̃ cæteri mortales terram calcauerunt.

De Calisto Pontifice.

MAgna hæc nec obscuræ pietatis. sed q̃ sequunt̃ magis illustria, tanq̃ medio quodã hũanę religiõis theatro orta. Calistus, q qntus decimus fuit põtifex a Bariona (sunt q ad Vrbanũ id referant, q Calisto successit) q̃tuor anni tpa nouo obseruatiõis ritu insigniuit, ut tertio quoq; mẽse tres stati dies ieiunio trãsigerent.

De Fœlice Pontifice.

FOelix, qui sexto & uicesimo post Petrũ est loco creatus, primus instituit, ne quis rem diuinam faceret nisi sacris initiatus. Syluester octauus a Fœlice, ut a ciuitatis pontifice sanctũ chrisma cõsecraretur, ut idem baptismi fonte remersos sacro unguine signaret. ne ad prophanum tribunal uocetur sacerdos. Zozimus ne sacris initiatus in publico potaret. ne mancipium ad initia admitteretur.

DE AETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMO

De Sinone

ET hæc nostratia sunt, nec minus illustria. pauciora cæterarꝝ sunt gẽtium, in qbus multi quidẽ multa inuenere, aut certe ab alijs inuenta in cõmunẽ usum ꝓtulerũt. Nã ab Iliacis usq; tpibus Sinon hõ Graij sanguinis specularem inuenit significationẽ, qua Troiam (ut credere est) Danais noctu prodidit.

De Palamede.

PAlamedes, & ipse Grecorũ unus, sed maiore q̃ Sinon inter suos celebritate, igni dationẽ eodẽ monstrauit bello, tesseras, & uigilias instituit. per quæ res

bellica tutius hodie, rectiusq; intra castroꝝ munitiões, mediaq; acie administrar.

De Libero patre.

MOrem capitis diademate circumligandi, emundi, uendundiq; cõmertium, totumq; triumphi schema ad Liberum patrem refert Græcia. ueterem defuncti morem laudandi, nostri ad Valerium Publicolam, qui primus Quiritium Iunium Brutum patriæ assertorem, & collegam in consulatu pro concione laudauit, ut Athenis primus Pericles eos, q Peloponesiaco bello ꝓ patria occubuerãt. submisit idẽ Publicola Consul fasces nuꝑ a regibus receptos Ro. Po. q̃d adeo uisum est populare, ut nihil æque, ac res ipsa astruxerit illi Publicolæ cognomen.

De Cleone Atheniensi.

CLeon orator Athenis sua ætate uehemẽs, prim⁹ inter agendũ uociferatione usus est, ꝑcussitq; femur manib⁹ pulpito discurrens. q̃ res adeo inoluit, ut nostri quoq; nõ olim mõ idem factitarint, sed morẽ ex Græcia receptũ ad posteros (trãsmiserint.

De Aphricano.

BArbã q̃tidie rasitãdi togatoꝝ prim⁹ morẽ Aphrican⁹ induxit, cũ intõsa olim esset Romana ciuitas. retulit cõsuetudinem hãc Aphricani oim studiosissime Cæsar Augustus, cũctoꝝ alioq principũ, q Romę rerũ potiti sunt laudatissimus.

De. L. Papyrio.

SOlarij horologij usum. L. Papyrius Romæ primus obtulit. sed nubilo id die inutile. certius quia discretis horis posuit Scipio Nasica Quiritium optimus olim iudicatus. priusq̃ ea res inuenta sit, indiscreta lux fuit Romanis.

De Hannone Carthaginensi.

PRimus hoĩm leonem mansuefactum ostendit Hanno ex Carthaginensiũ charissimis. atq; ob id publice damnatus, multis interpretantibus male tam artifici ingenio credi publicam libertatem, cui tanta feritas cessisset.

De Attica ciuitate.

POpularis ciuitas prima omnium (quod proditum sit) fuit Attica. Aegyptij regiam primi habuere, tyrannicam Siculi. sed Theseus multo Phalaride antiquior, quem tyrannidem exercuisse quidam prodiderunt.

DE APPELLATIONIBVS, A VIRTVTE AVT VITIO IMPOSITIS. CAP. III.

De Christo.

MVlti q̃dẽ hoĩm extitere, q̃bus aut uirt⁹, aut uitiũ, aliusue casus appellationẽ inuenere. quoꝝ alij alia causa, sed nulla maior augustiorq; fuit q̃ ea, q̃ Christo Deiparæ filio cõtigit pioꝝ oĩm cõsensu, ut redemptor sit mũdi, sit & saluator dict⁹. cũ seruatorẽ, uindicẽ, assertorẽ elegãti⁹ dicere potuisset (humana pietas.

De Iob Patientissimo.

REportauit ex insigni tolerantia nomen haud ignobile Iob patientissim⁹ mortalium iudicatus. ac proinde patiens nuncupatus. uersa est hominis æquanimitas illa, & perpetua animi temperies in prouerbiũ. ut tam pie hodie q̃ uere sit Iob in ore omnium, supremam in aduersis tolerantiam significare uolentium.

De Iosippo.

IOsippum, qui Israelis fuit filius, quia duplicem somnij speciẽ, & utrãq; de summa regni per quietem Pharaoni obseruatam sagaciter, & recte interpretatus,

κρυπτῶν πατικῶν.i.occultorum repertorem uniuersa Aegyptus nuncupauit.

De Solomone.

SEd & sagax Iosippus, tam sapiens, ac nescio an plus etiam Solomon rex Dauidis filius, cuius nomen in sapientiæ appellationem abijt in ora hominũ. hũc ut audiret ab extremis usq; terris præpotens uenit regina, cognouit illa sapientissimum regem, magnisq; muneribus ornauit hospitalem regiam, ipsa multo maioribus affecta, multo enim sapientior, q̃ uenerat in suum est regnum reuersa.

De Deipara Virgine.

TVlit una oĩm Christi mater uirginalis appellatiõis dec⁹. estq; ita & pie, & sancte cõparatũ, ut ubi nomẽ uirginis, uox cœlo grata, inferis inuisa, gẽtib⁹ populatis, ore efferẽ, hic Annę filia Christi parẽs noiari, nec ulla uirginũ alia intelligatur.

De Iacobo minore apostolo.

MIrũ est q̃d de Iacobo minore (fuit is Christi discipulus) ꝓditũ est memoriæ. q̃a puer adhuc incredibili quadã ac sup ætatẽ sanctitatis opiniõe ĩbuit oĩm mẽtes, sanct⁹ uulgo appellat⁹ est. auxit opinionẽ hãc de eo recẽptã sũma uitę austeritas. enimuero neq; uinũ bibit unq̃, nec ullũ carnis nouit usum. intõsus uixit, unguẽti, & balnei exps, adeo ṗcãdo numini dedit⁹, ut ei⁹ genua in cameloꝝ speciẽ occalluerint.

De plurium appellatione.

SEquit̃ nomenclatura ingens recentioꝝ, in q̃bus multi eo dignationis uenere, ut sola appellatione sint abunde noti. hinc Seraphici, Angelici, Subtilis, Inrefragabilis, & mille alia pioꝝ cognoĩa, q̃ in ueritate asserenda primas uendicant.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De superbo Tarquinio.

SVperbus (nc Stercutij, Belligeri, Bifrõtis, & alia uetusta, fabulosaq; cognomina repetanẽ) Romanoꝝ regũ ultim⁹ ob eã rẽ noiatus est, q̃ Tullũ soceꝝ suũ regno, & uita spoliatũ insepultũ abiecisset. & si reliqua ei⁹ uita sæuitiæ, & crudelitati dedita non tam fuit digna eiusmodi appellatione, q̃ exilio, & calamitate. in quam superbissimus rex cum scelerata coniuge, & liberis incidit.

De Publicola.

GRatior auditu appellatio Publicolæ, quæ Valerio Valesi filio merito contigit. non magis quia ex publicæ libertatis assertoribus fuit unus, q̃ q̃ illam assertam, lege, & popularibus exemplis stabilisset.

De Marco Marcello.

NOn æquitatis & iuris fuit studiũ, sed fortitudinis, & inuicti animi exemplũ illud in Marco Marcello, q̃ undeq̃dragies dimicauit collatis signis, cognomen rei cõueniens demũ adeptus, ut secũdo Punico bello aduersus Pœnos Ro. sit ppl'i gladius nũcupatus, quippe qui remp. imensis cladib⁹ alijs sup alias afflictã bellica uirtute restituit, docuitq; Pœnũ posse uinci a q̃ Ro. totics uicti essent.

De Fabio Cunctatore.

SEd Marcelli ferocia nõ magis ꝓfuit patrię, q̃ Fabij Maximi prudẽtia, & maturitas. ille ferocissimos hostis spiritus fregit. hic artes, q̃bus nõ min⁹ stetit res punica, q̃ armis. nõ defuit igit̃, & Fabio suus honor, q & Cũctator cognoĩatus est, & Ro. po. clypeus.

De Epaminunda Thebano.

EPaminundas Thebanus (ut & locis sua reddatur celebritas) Boetium agrum

ab effectu Orchestram Martis, Xenophon Ephesum, belli officinam, Pindarus Romam, belligeri Martis templum appellauit.

De Manlio Torquato.

ABierunt Manliana imperia apud Romanos in prouerbium. estq; & ipse imperiosus appellatus, qui filium altæ indolis percussit, q̧ præter militarem disciplinam in hostem ex prouocatione dimicasset.

De Mario Arpinate.

VEnerunt & Mariani muli in adagiũ ueteri memoria celebrati. est & hodie id frequẽs, ut cũ uiri ualidi sunt, & ferẽdis onerib⁹ idonei, Mariani muli dicant̃, q̄a emuero Marius sic milites appellauit arma, palos, & sarcinas ferentes.

De Aristide Atheniensi.

ARistides Atheniẽsis ab æq̄tate, & innocẽtia iustus cognoĩatus est, fuitq; illi eiusmodi appellatio inuidię. Ostracismo dãnatus cũ ignominię cãm ꝓ cõcione req̄siuisset, responsum est nõ posse ciuitatẽ pati unũ aliquẽ ciuiũ ab oĩbus iustum ꝑdicari.

De Callia.

NOn tulit Attica ciuitas in Aristide nomen ab æquitate, & innocẽtia inditũ. at in Callia crudelis, & iniusti uoce ferre potuit. hic quia improbus, retent⁹ est in ea ciuitate, unde is fuerat eiectus, q̄ oĩm eius ætatis hoim fuit iustissimus. manifesto leuitatis argumento in multitudine, quæ amat leuiter, oditq; leuius.

De .C. Mario.

COntigit & .C. Mario su⁹ appellatiõis honos, q̄ Cymbris, Theutonis, & Ambronib⁹ duplici ꝑlio cęsis, req; publica in pristino statu retẽta, terti⁹ est urbis cõditor nũcupat⁹. alter em̃ a Romulo est Camillus dict⁹, q̄ Senonas Gallos ex capta urbe expulit. hic terti⁹, q̧ capere uolẽtes nõ solũ arcuit, sed occidione cecidit.

De Mario iuniore.

QVid q̄d uariatũ est nõnunq̧ in appellatiõib⁹ cũ fortuna? q̄diu Mari⁹ iunior ciuile bellũ fœliciter tractauit, Martis est fili⁹ nũcupatus. mox reb⁹ ꝑtium fractis, pristinęq; fortunę fauore destitutus, nõ Martis, sed Veneris filius est dictus.

De Alexandro magno, & Pompeio.

COgnomẽ magni nõ uni ueterũ Imꝑatorꝝ, regũq; cõtigit. sed externorꝝ nulli uerius, iustiusq;, q̄ Alexãdro Philippi filio, ut Quiritiũ uni Põpeio ꝑclare est datũ.

De Lucullo.

LVcullus, q̄ Mithridatis Pontici opes fregit, ob insanas uillarum edificationes aliaq; sumptuosiora opa, Xerxes Togatus a suis est ciuibus dictus.

De .M. Tullio.

PAter patrię Quiritiũ prim⁹. M. Cicero curię decreto est appellat⁹, dein & Augustus id tulit cognomẽ. Cęsarib⁹ postremo ambitiose magis q̄ uere adoptatum.

De Attila Rege.

VIdit sua ætas Attilã Hunnorꝝ regẽ, magnoq; hoim consensu flagellũ dei nuncupauit. non quia e cœlo sit hominibus mali aliquid (id em̃ impium sit credere) sed q̧ numinis ꝑmissu Barbarus multis cladibus Italiam affecerit.

DE MODERATIONE VICTORIAE. CAP. IIII.

INcidit uelut ex composito relatio hæc ciuiliũ exemplorum in bellicæ rei mentionem, unde non una est cognominum ratio profecta. nunc q̄n in tota re neq;

mai⁹ est aliqd, neq; mirabili⁹ ꝗ ꝙ is q multos uicerit, seipm demũ uincat, possitq; ignoscere, q potuit uincere, & incolumes uelit esse q̃s iure possit pdere. pcul a ciuilibus exẽplis nõ nihil stilus imorabit· ac qui hoĩm pulcherrime usi sint uictoria, proxime censendi sunt. dabunt itaq; nostrarum gentium exempla huic capiti exordium, ut in qualibet parte operis institutæ relationis ratio nobis constet.

De Beniaminis.

MAgnũ in his, & memorabile est Israelitaꝝ illud. ꝙ Beniaminæ trib⁹ uiri paucoꝝ culpa ab oĩi Iudæorum gẽte alienati, atq; ex cõfesso hostes facti, post uarios belli casus cũ uno demũ prælio ad Gabaã cõmisso, oĩs propemodũ gens interijsset. ut ex quinq; &. xx. millibus bellatoꝝ, qui nuper in acie steterãt, sexcenti ex suoꝝ strage ægre reuulsi in deserta loca refugissent, tantum abfuit, ut uictrices tribus unius reliquias ad interitũ persecutæ sint, ut omnium Israelitarum decreto Beniamini exules, qui pauci numero supererant, ad reparandam sobolem, quia religio, & iusiurandum totius gentis legitimis obstabat nuptijs, impune sibi ex solenni Iudæorũ mercatu raperent uirgines, raptasq; pro uxoribus haberent.

De Alarico rege.

ALaricus Gothoꝝ rex (est enim hic christiani nominis censendus, & si Arrianus) Roma capta, & hostiliter direpta, in eo temperauit, quod edictũ proposuit, ut capitale esset, siquis apostolorum principũ templa, aut quę in his essent, uiolaret. & ut in uniuersum a cæde abstineretur, est militibus edictum.

De Athaulpho Gothorum rege.

NEc Athaulphus, q Alarico in regnũ successit, a ppinq sui clemẽtia degenerauit. is Roma post Alarici interitũ hostiliter repetita, in aĩo habuit eã receptam fundit⁹ euertere, diuersoq; urbẽ loco statũere, Gothiãq; p Romanoĩare, Cęsaꝝ memoria abolita, Athaulphi appellatiõnẽ in posteros transmittere. cæterum Placidæ cõiugis suasu adeo est mutat⁹, ut breui non hostis sed amicus urbis, non euersor, sed instaurator sit dict⁹.

De Totila Gothorũ rege.

EST & Totila eiusdẽ rex gẽtis maioꝝ exẽpla imitat⁹. q Cumis, & cęteris Campanię urbib⁹ captis, cũ ingentẽ Romanarũ mrierũ numerũ in illis intercepisset, q̃s Ro. ciues ob nouos belli terrores urbi iminentes pcul domo ablegarãt, ut earũ pudicitia in oẽm belli euentũ tuta esset, eratq; in his oĩs Romana nobilitas, captiuas honeste, & sancte Barbar⁹ penes se habuit, honestoq; comitatu ad suos romã sine ptio dimisit.

De Philippo Vicecomite.

EST recentis memoriæ q̃d dicã, rarũ tamen ac eiusmodi, ut omnibus exemplis quæ omnis tulit ætas, iure conferri possit. Alphonsus maior, qui fuit Siciliæ, & Apuliæ rex, uictus nauali prælio a Genuensibus circa Caietam, ac cum Petro Auarre rege fratre, & alijs clarissimis ducibus, qui in Aragonum partibus erant, Philippo Vicecomiti a uictore Ligure traditus (erat tum Genua uicecomitũ ditionis) non modo non hostile quippiam est ab eo passus, sed amice, & regaliter habitus, amplisq; muneribus donatus, cum suis omnibus est incolumis dimissus.

De Venetia ciuitate.

VEneti unam Delmatiæ urbem septimo rebellantem ad imperiũ ui, & armis retractam nulla maiore ignominia, aut clade affectam, non solum incolumẽ præstitere, sed facile etiam passi sunt esse ut antea Delmatici nominis caput.

DE AETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM De Romulo.

ROmulus Cenienses, Crustuminos, & Atennates, qui ex Sabinis hosti liter Ro. agrum inuaserant, bello uictos tantum abfuit, ut crudeliter in eos aliquid statuerit, ut in urbem traductos ciues ex hostibus fecerit.

De Tullo Hostilio, & cæteris regibus.

ID Romuli exēplū cęteri reges secuti pter Hostiliū, q Albā diruit, ꝓ nō puo negotio habuere, q̄s bello uicissent, Romā incolumes traducere, traductos eius ciuitatis participes facere, in quā infesto, & plus q̄ hostili nuper animo fuissent.

De Cæsare Dictatore.

CAius Cęsar Dictator suis ad amicos epl'is testatus est ex ciuili uictoria nullū fructū pcepisse, q̄ ꝙ a se q̄plurimi seruati essent, q̄s, q a hostes fuissent, & bello uicti, iure pdere potuisset.

De Octauio Augusto.

PRæstitit & Augustus Cæsar ex inimicis quosdā incolumes. sed in eo maior apparuit, ꝙ Alexandriam in Aegypto, quam belli iure diripere potuisset, direptam incendere, & euertere, intactam reliquit. testatus urbis incolumitatem, cū regi, qui eam condidit, se dare, tum (quod maius omnino fuit, magisq̄ memorabile) Arrio Alexandrino philosopho ea tempestate insigni.

De Alexandro Macedone.

SVnt & Alexandri Macedonis exempla clementiæ. sunt & moderationis nō pauca, atq̄ eo plura fortasse q̄ cæterorꝝ, quo plures uicit gētes, q̄ quisq̄ alius. sed cum multa, & magna sint, illud (ut mea fert opinio) præcipua est memoria dignum. ꝙ Porum regem ingenti prælio uictum, & in potestatem redactum, non tantum regnare permisit, sed restitutum maiore etiā, ampliore q̄ regno donauit.

De eodem Alexandro.

MVlti p̄terea regū ptim bello uicti, ptim dediti pari clemētia ita sunt ab eo seruati, ut nō solū in pristina sint fortuna retēti, sed in m'lto etiā ampliore collocati. ut difficile sit iudicare maius ne sit belli decus, an liberalitatis, & clemētię nomen uincendo adeptus. Pulchrū est reges uincere. sed multo pulchri⁹ ꝓprijs affectib⁹ moderari.

De Agesilao Lacedæmonio.

AGesilaus ille Lacedæmonius ea fuit in eos, q̄s uicisset humanitate, ut sæpe milites pro cōcione monuerit, ne captiuos cruciatu aliquo afficerēt. qn illa potius reputatio subiret animū, eos q uicti essent, & ad eam fortunā redacti, hoīes esse. cæterū si qui ex his, cum castra mouerent, ob seniū aut corpis ægritudinē a militibus relicti essent, parati erāt ducis imperio, q eos exciperēt, exceptos humane, & benigne curarēt, ne oīi ope destituti ferarū incursu inediaue cōficerentur.

DE CAEDIBVS MEMORABILIBVS. CAP. V.

De Chananea cæde, siue Gabaonitana.

NIhil homini pniciosius hoie, nulla uis maior, q̄ q̄ ab hoie proficiscit̄. nō morbi, nō naufragia, nō lues ulla, plus hoim abstulit terris, q̄ p̄lia, q̄ hominū manu gerunt̄. hinc urbiū uastitates, solitudines regnorꝝ, populorum egestas, & ꝙ terra multo maxima sui pte nō colit̄. C. Cęsar, q postea dictator fuit p̄dicare solitus dicit̄, undecies centū, & nonaginta millia hostiū p̄ter eos, q ciuilibus bellis perijssent, suo ductu, & auspicijs cæsa. ꝙ si ad unū ducē, q paucis an-

nis bellauit, tanta humani generis iactura referenda est, qd in tot ducibus tam longa rerũ serie euenisse oportet, quanta a prima hoim memoria censetur. & ut quædam insigni⁹ gesta referant, q̃nta p deũ, uis hoim uno p̃lio cõfecta dici põt, cum una acie omne Chananeum nomen fusum cæsumq; est a Iosue duce fortissimo ad Gabaon, qnq; hostiũ regibus uictis, atq; extra aciẽ iactu lapidũ uno loco obrutis.

De Madianitana cæde.

AGe nũc & q̃ tetra cædes illa æstimãda est, q̃ mortalib⁹ funesta, cũ circa Iordanẽ nocte una sunt a Gedeone centũ. xx. millia hostiũ occidiõe occisa. fuerunt hi Madianitę, Arabes, & Amalechitę, q̃s dira consternatio, & pauor multo magis q̃ hostile ferrũ afflixit.

De Iudæorum cæde.

ESt & illa in raris cædes habenda, ac nescio an omnium, quæ unq̃ contigerũt maxima, & ob id præcipue memoranda, quæ Hierosolymitano excidio edita est. decies centum millia Iudæorum obsideri cepta dicunt a Romanis Titi Vespasiani ductu. urbe tum capta uix horum decima pars uenit in uictorum potestatem, cætera multitudine, aut fame, aut ferro consumpta.

De Hunnorum cæde.

SEnsit & Tholosanus ager q̃ Calamitosa res sit hoibus uis bellica cũ paucis horis centũ octoginta uirorꝫ millia mortẽ occubuere. cũ Hunnorꝫ rex Atila aciẽ inibi aduersus Etiũ, & Theodoricũ Gothorꝫ regẽ magis ferociter, q̃ fœliciter explicuit.

De Gothorum cæde.

QVã terrã cladẽ Gothi circa Fesulas adierint prima ei⁹ gẽtis in Italiã irruptione Vldini, & Sari ductu, ex eo põt facile existimari, q̃ p̃ter imensum mortaliũ numerũ, q ferro, & fame est cõsumpt⁹, sectores nũmo uno aureo licitarent̃ scr uictorꝫ greges.

De Varuensi cæde.

ESt hodie, eritq; semp tristis ad recordationẽ Varnensis illa acies in ora Pontici maris, qua Ladislaus regũ rex fortissimus, & Ioannes Hunniades cũ Amurate Turcorꝫ rege conflixerunt. unde Hunniades uictus excessit, Ladislaus mortem occubuit. quantũ christiani sanguinis pugna illa hauserit ex eo facile cõijcit, q̃ ex ijs qui uicerunt, duo de quadraginta millia post pugnam sunt desyderata.

De Visigothorum cæde.

REs uetusta est, & ut Varnensi (cuius nũc memini) antiquior, ita maior adhuc cędes habenda, ac magis insignis. produt qui Gallorꝫ regum gesta in literas miserunt, Abidiramum Visigothorum regem ex Hispania hostiliter Galliam uastantem ab Burdegalam ingenti prælio uictum a Carolo cui Martelli cognomen fuit. cæsaq; una acie. ccc. octoginta Gothorum millia. & quod maiori admirationi accessit, Francorum mille nec amplius ceciderunt eo prælio. si modo ad fidem hæc prodita sunt, non ad ostentationem.

DE AETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMO

De Persarum cæde.

MAior Cyrus, q Lydorũ regnũ euertit, trãs Araxẽ fluuiũ cũ. cc. millibus Persarũ a Scythis tã fœda occidiõe occisus est, ut ne nũti⁹ qdẽ tãtę cladis supfuerit.

De Marathonia cæde.

NIsi Græcorum fidem suarum rerum ostentatio eleuaret, nihil in hoc genere exemplorum magis miraremur, q̃ q̃ in Marathonijs campis ducenta millia

Persarum uno aiunt prælio deleta. & quod magis miretur posteritas, decem millia dumtaxat Athenienses cum Platæensibus mille auxiliaribus aduersus sexcenta Barbarorum millia aciem (struxere.

De Salaminia, & Platæensi cæde.

CAlamitosius eidem genti adhuc bellum haud dubie hindum. quod Xerxes in Græciam instaurauit. si Salaminiæ pugnæ, & Platæensis damna æqua lance æstimentur. ac uerius pro dixerit, si quis ex nullo unquam bello affirmet, maiorem humano generi iniuriam in (uectam.

De Punicis cædibus.

TRebiam, Trasimenum, & Cannas Romanus cruor nobilitauit. sed maior propemodum clades ad Metaurum Pœnis repensa est, ubi sexaginta & amplius Pœnorum millibus cum Hasdrubale cæsis, Claudius Nero, & Liuius Salinator Ro. sanguinem toties eo bello fusum fortiter uindicauere.

De Romana cæde, ad Rhodanum.

NObilis erat Rhodanus, sed nobilior inde factus postquam octoginta millia Romanorum cæsa una uidit acie ripis cruore spumantibus, testantibusque non bene credi rem publicam stultitiæ, & temeritati, quæ in omnibus rebus calamitosa est homini, sed in nulla re magis quam in prælio, ubi si quid offenditur, mutari non potest.

De Cimbrica cæde.

CAeterum quantum hic Romani est sanguis uno prælio haustum, tantundem ac nescio an plus etiam barbarici breui post ad Sextias aquas, & Vercellas Italus hausit ensis. quibus locis triginta Cimbrorum, Theutonum, & Ambronum myriades duobus prælijs cæsæ affatim materiam præbuere locorum indigenis campestria prædia humanis ossibus in mace(riæ speciem munire.

De Asiatica cæde.

REdundauit Asia fere tota citra Taurum uno die Romano sanguine crudelissimo Mithridatis edicto, c. quinquaginta millibus Quiritium nominis omnis sexus, & ætatis non una urbe, sed uno quidem tempore interfectis. fuitque classicum illud renouati belli. quod si bellorum tessera tam calamitosa est, quam tristia & funesta esse prælia oportet, quibus aut uincendum est, aut cadendum.

De Lucullana cæde.

EST & illud minime obscurum, quod ad centum millia hostium. L. Luculli ductu deleta sunt breui pugna a duabus Romanis legionibus in Armenia. nunquam minor bellatorum manus cum tam numeroso conflixit exercitu, ut bisdeni hostium cum singulis Romanis (manum conseruisse dicantur.

De Gallicanis cædibus.

PRæter cæteras pugnas quas. C. Cæsar in Gallos tam prospere, quam cruente depugnauit, bis diurna pugna cæsa sunt ab eo centum perduellionum millia. astipulatur rei gestæ ipsius ducis confessio, unde huiusmodi exemplorum relatio sumpsit exordium.

DE ASTV, ET SOLERTIA, IN FALLENDO HOSTE. CAP. VI.

De Mose.

MOses dux summus, dum Israelitas seruitio uindicat ex Aegypto, profecturus uiarum dispendio hostem ludificari conatus, cum per Arabiam compendiosum iter pateret ad effugium in Aethiopiam flexit iter, quam maxime Chananeæ erat terræ, quam decreto petebant, auersa, sed hostes falli non potuit, potuit tamen medio conatu extingui, & quem terræ cohibere non potuerunt, cohibuit mare Iudæis alioqui peruium.

De Gabaonitis.

GAbaonitarum legati ad Mosen missi ut postulata cōmodi⁹ impetrarent, q̄ oīm Chananeorum soli ex hostib⁹ socij fierēt, ceu magnis itineribus cōfecti eo ue nissent calceorum attritu, alijsq; laboriosæ pegrinatiōis argumētis facile Iudæis psuasere, nihil sibi rei esse cū Chananeis, qbus Moses hostiliter iminebat. estq; pax est societas his data, sed ea res postea ipsi genti fraudi fuit, funtq; p socijs lixæ, (& calones facti.

De Gedeone Iudeorum Duce.

CVm Amalechitæ & Madianitæ (sunt hęc barbararum gentiū noīa Iudęæ finitimarū) non procul a Iordane fluuio tumultuose consedissent Iudæā hostiliter inuasuri, essetq; his cū Arabū appendicibus inuictus alioqui exercitus, Gedeon, q cū decē millibus hoīm his obuiā exierat, qa interdiu non potuit (erat eīm uirib⁹ longe impar) noctu hostē inuasit, iuuitq; tpis opportunitatē astu, ut incēsas faces dextra quaterēt Iudæi, leua cornua, & lituos inflarent. q̄ terrifica species adeo hostem perculit, ut cæco tumultu disiectis Amalechitis, & socijs, mutuaq; in se cęde discurrentibus, ad centum. xx. millia hominum una sint nocte desyderata.

De Dauide nondum rege.

PVlsus Iudęæ finibus Dauid Sauli regis sæua insectatione, ad Philisteos fuga delatus est, genus hoīm cum Iudæis sua sponte infensum, tum Dauidi ob Goliæ cædem infensissimū. agnitus itaq;, & ad regē pductus, confestim noua odia in eum exarsere, conspecta Goliæ lancea, quā ex Nobea Dauid fugiens sustulerat. pierat haud dubie uir oīm maxim⁹, nisi insania mētis, & furor tēpestiue simulatus adiumēto illi fuissent. impune dimissus est tanq; mors nō uita sit habēda insani, & (furiosi uita.

De Grimoaldo Duce Beneuentano.

GRimoaldus dux Beneuētanus Langobardicæ uir gentis, Ariperti filijs Ticino, & Mediolano eiectis ualidissimum Gallorum exercitum aduersus se in Italiam a rege missum magna elusit arte exemplo tamen uetusto. uenientibus Gallis simulato metu reliquit castra omnis opulentiæ referta, dein noctu hostem uino, & somno sepultum repente adortus ad facietatem cecidit.

De Christianis ad Ptolemaidem sedentibus.

CIrcūsedebant Galli, Venetiq; Ptolemaidē in ora Syriæ, & iam non pcul aberant q̄n urbe potirent̄, cū tabellariā sunt Columbā adepti militari clamore ad terrā cū literis depssam. significabāt literæ, q̄s uolucris habuit fore, ut intra triduū rex cū ualidissimo exercitu adesset suis diuturna obsidione fessis auxilio. hic christiani duces adulterinas pro interceptis aliti affigunt literas. per q̄s regis noīe monebant̄ ciues, ut suis rebus consulerēt, q̄n maiorib⁹ curis impedit⁹ eo occurrere nō posset. ptulit Colūba ficticiā ad suos epistolā. estq; cōfestim urbs dedita. ob seruauit diem Barbarus rex, sed cognita urbis alienatione re infecta retro abijt.

DE AETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De maiore Cyro.

MAior Cyrus, cū trās Araxē fluuiū fecisset castra timēti similis, Massagetis in se irruētib⁹ reliq̄t diripiēda. q̄s cibo, potuq; graues, ac somno deditos altā noctē adort⁹ cū suo rege trucidauit. q̄d exēplū secut⁹ uideri pōt Grimoaldus, cui⁹ pxime mētio facta est. sed q̄bus tūc artib⁹ Cyrus uicit, eisdem illis mox paulo est uictus. adeo multo facili⁹ est instruere insidias, q̄ cauere.

De Annibale Barchino.

NVllus hostiũ sæpius uicit Romanos ꝙ Annibal Barchinus, sed punico astu potius ꝙ uiribus. arte ad Trebiã uicit, arte ad Trasimenũ, & Cãnas, & ipse magna quidẽ arte a Fabio interclusus, maiore aliquanto Romanũ ꝑsidium, quod abire uolenti fuerat obiectum, ludificatus ꝑ Cassinatẽ saltũ in apertũ euasit. ludibriũ dici possit ꝙ bobus sarmẽtis ad cornua incẽsis in aduersum montẽ ab hoste obscura nocte adactis, Ro. miles noua specie territus ꝑsidio abscesserit.

De .M. Bruto.

FAbulosum uideri possit & citra fidẽ memoriæ ꝑditũ, Imperatorẽ Romani exercitus, & stoicę disciplinę uirũ retibus hostes expiscatũ uincẽdi cupitate. M. Brutus cũ Lycios trãs Xanthũ amnẽ cõpulsos urbe exclusisset, indicio comperit subter aquã nãdo urbẽ repetere. tetendit itaq; occulte retia cũ tintinabulis supne appositis, q̃ indicio incidisse hostes in retia significarẽt, multi ꝑ hunc modũ capti sunt, cęteri a sisi conatu deterriti extorres esse maluerũt.

De .P. Scipione.

P. Scipio, q̃ prim⁹ ex Aphrica a se uicta cognomẽ reportauit, ꝑ legatos Syphacis regis castra speculat⁹ nocturno deleuit incẽdio, ut tũ demũ incensa uideri possint, cũ frequẽti itu, & reditu ab exploratorib⁹ ueri⁹ ꝙ legatis eorũ est forma, & materies obseruata.

De .C. Mario.

NEc .C. Mario suus defuit astus, cũ iam summa rei in apto sita esset discrimine castris ꝓcul a flumine positis, & spes unica aquãdi militi ꝑtenderet, si non ab hoste aquatio inhibita esset, q̃ circa ripas late uagabat, multitudine fretus (erãt hi Theutones, & Ambrones) hic Ro. imperator ad sitiẽtes milites cõuersus, cruore inquit a uobis potus hodie emendus est, aut uestro, aut hostili, digitũ ad flumẽ intendens, ac cum his suos ad pugnã uerius, quã ad undã dimisit. fœlici quidem euentu, nã & hostilis sanguis, & fluuialis aquæ Ro. uictor ad satietatẽ hausit.

De Annibale Barchino.

REuocat ad se stilũ punica calliditas. ille idem Barchinus Annibal fractis Carthaginiensiũ opibus, patria pulsus, ad Antiochũ Syriæ regem profectus est. cui naualẽ aduersus Romanos uictoriã noua arte cõparauit. Romanam classem ui serpentiũ ingenti adortus, quos figlinis inclusos dolijs medio certamine in aduersum hostem ex improuiso effudit. quo metu subita trepidatio extitit, ex trepidatione pugnæ obliuio, ex obliuione turpis fuga orta est.

De Mithridate Rege.

MIthridates rex Ponti magno prælio a Lucullo uictus, cum acie egressus ita fugeret, ut hostem haberet uestigio hærentem, mulum auro onustum sequentibus obiecit, cæterum dum Romanus prædæ cupidus aurum diripit, maiorem prædam e manibus labi passus est.

DE ILLVSTRIBVS VICTORIIS. CAP. VII.

De Abraamo.

EST occasio rerũ oim gerẽdarũ mr̃. sed uirt⁹ maior omi occasione, multoq; potẽtior. magna, & memorabilia hęc duo i re bellica sæpi⁹ pepererũt exẽpla, q̃ fortunę ascribit stultũ uulgus, oia uni referẽs accepta, q̃ ꝑter opinionẽ eueniũt. sed insipiẽtis, & delirę sit mentis fortunã appellare, nõ occasionẽ, ꝙ Habraamus uir æqtatis, & iustitię magis ꝙ bellicę rei studiosus, semiplena cohorte, ingẽtes Assyriorũ copias ad Iordanis caput teterrima cæde affecit, disie

ctasq; præda spoliauit.

De Gedeone.

Ar opportunitas centū.xx.millia pduellionū circa eundē fluuiū paucis horis dę Pleuit. Gedeon audacis auctor cōsilij, q occasiōe magis q̄ uirib⁹ fret⁹ duab⁹ le giūculis triū ualidissimaꝝ gentiū exercit⁹ occidiōe occidit, hostilia castra no ctūrno tpe ingressus.

De Ionatha.

AVdax magis an temerari⁹ fuerit Ionathas Sauli fili⁹, haud facile dixerim. fa cin⁹ haud dubie omī æuo memorabile tētare ausus est, q uno dūtaxat comi te adiut⁹, uet⁹ Diomedis, & Vlyxis exēplū retulit, hostiū castra noctū ingressus passim cū cæde puagat⁹, tm̄ pauoris iniecit Philisteis, quoꝝ erant castra, ut cū oia ab hoste teneri crederent, facta sit fuga. occurrit eo Saulus cū robore copiaꝝ ubi hostē sua spōte turbatū sensit, Philisteosq; passim dispalatos imaniter trucidat. dif ficile dictu maiore ne uirtute an fortuna uni hoim, aut alteri inuictus alioq cesserit exercitus.

De Dauide.

HAbuit Dauid cohortē unicā ex collectitijs suæ gētis uiris, q̄diu extorris fuit patria Sauli regis sæuitiā declinās. ediditq; cū his pclara aliq̄t facinora, sed il lud pcipua memoria dignū. q Amalechitas, qui absente se Siclechū (erat is uicus quē inhabitandū Dauid acceperat ab Acho Philisteoꝝ rege cum Getheoꝝ agrū incursarēt) diripuerāt, oibus fortunis cū duab⁹ uxorib⁹ spoliat⁹ irregeto cursu as secut⁹, iprouiso accessu incautos cū iā nihil min⁹ q̄ hostis expectaret, adortus fu dit, fugauitq;, uniuersaq; præda exutos a prima diei hora ad uesperam cecidit.

De Venetis.

EST exemplum quod sequitur haud dubie recens, si superiora spectas, sed Ve netæ urbis origini propemodum æquale aut certe originib⁹ proximum. Pi pinus rex, cum cætera Italia Gallorum dicto pareret, Venetiq; soli omnium suæ memores libertatis patrię iura tuerent, litorali ora Gallicis armis domita, Riuo al to (sic enim dicta est pars urbis celeberrima) minaciter imminebat, aderatq; Pipi no ingens exercitus, & cui ne Italia quidē tota, non modo Venetiæ partes obsi stere posse crederentur, uerum modicus armatoꝝ numerus in cymbis sedentium ualidissimam ratem, qua Galli uehebātur primo fatigauit, inde uento Venetus ad iutus Gallicos conatus non solum fregit, sed hostem aquarū angustijs colluctan tem adeptus partim ferro confecit, partim soluta rate medio stagno depressit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Persis.

NVllę sunt (ut arbitror) uictorię magis illustres, q̄ cū insignis paucitas ad uersus mltos fœliciter dimicat. q̄ acie, aut imēsa ỽtus uictoriā iuuet ne cesse est, aut ars, casusue aliqs. sic ducēta Persaꝝ milia in Marathonijs cāpis fusa, fugataq; sunt ad mare a decē milib⁹ Atheniēsiū, & Platęensibus mille. cuius uictorię Trophæa tāti habita sunt, ut somnū dormire uolentibus ademerit.

De Alexandri magni uictorijs.

ANnibal Barchinus eo noie Alexandrū Macedonē, qui totū orientē domuit oibus ptulit imperatorib⁹, q paruis fretus copijs imensos fudisset exercit⁹.

De Cæsare Dictatore.

CEnsenda est & Cęsaris dictatoris laus in hac pte, ac nescio an & ipse sit Ale xandro in hoc genere pferendus. nullus unq̄ imperatorum ferociorem ho

stē nact⁹ aut ualidiorē sæpi⁹ uicit, maioreq̃ hoim strage superauit ipse sp militū nu
De Pugna ad Sagrā flu. edita. (mero inferior.

MEmoria uetustior est. sed pugna nō minus memorāda, q̄ ad Sagrā fluuiū in Calabria cōmissa est. abijt res in puerbiū, ut ueri⁹ esse diceret, cū qd ỹo asseveret, re ad Sagrā olim gesta. ubi dena Locoꝝ millia cum modica Rheginoꝝ manu centū triginta millia Crotoniatū una acie pfligarūt. nec minori miraculo fuit q̄ eodē die, q̄ est ita insigniter in Italia dimicatū, fama rei gestę Olympiaci cōuentus
De Timoleonte Corinthio. (aures pculit.

MAgna & Timoleontis Corinthij gloria habēda est, qn̄ reputatio hæc ad plures ptinet. tribus millibus militū fretus ad Crimissum amnē cū septuaginta millibus Carthaginiensiū non solū acie conflixit, sed ita etiā prælio uno hostē afflixit, ut pars multo maxima Carthaginiensis sit nobilitatis ibi loci desyderata.

De Thermopylarum pugna.

MIrerī iure aliqs quonāmodo fieri potuerit, ut tā opulētus exercit⁹ a tā paucis uincererī, cui nec tota quidē Sicilia satis futura credebaī. uerum definet hic idē mirari, q fando audiuerit, aut legerit, trecētos Spartani nois ad Thermopylas totū orientē ꝑlio excepisse, exceptū, ac fusum in castra cū multa cæde cōpulisse, ut magna opus sit fide ad tam mōstrificos belloꝝ euētus, fortunæq̃ uolumina cre
De Stratensi pugna. (denda.

NEc multum ab his diuersa Stratensium fama, qui septem ualidissimis gentibus circumsessi, omnes modico prælio fuderunt, ut qui nuper tot & tam diuersis erant armis obnoxij, multa millia hostium tanq̃ pecora uilissima, totis præ se campis cum fœda strage, & multa cæde egerint.

DE IMPERATORVM, ET DVCVM IN MILITES AVCTORITATE. CAP. VIII.

QVanta Impatoris inter suos est authoritas, tāta bn̄ gerēdę rei ubiq̃ spes adest. cōfert ad uictoriā haud dubie bellādi sciētia in duce, cōfert consiliū, uigor animi, fœlicitas. si auctoritas desit, cætera parū pderūt. sunt & aliæ uirtutes, q̄ in eo requirunī, cui⁹ ductu, & auspicijs res in bello gerēda est, sed cū gregario milite cōes, sola auctoritas unius est ducis, in
De Mosis authoritate. (qua summa imperij sita est.

MOuerūt pculdubio Israelitas pdigia, q̄ in Aegypto facta dicunī, ut Pharaonis minas, & imperiū quadātenus cōtemnerēt. sed Mosis auctoritas multo impēsi⁹ ppulit, ut sine armis, sine cōmeatu p deserta, & dispēdia uiaꝝ sexcēta millia hoim unū sint ducē secuta, ut cū certa relinquerenī, quærerentur incerta.

De eodem Mose.

HAec eadē in cā fuit ut tā numerosa multitudo ducē p medios maris fluctus uadentē sit intrepide secuta, leges ferentē audierit. cōflatilē uitulū sustulerit. inermis in armatā aciē iuerit, in q̄ aliqd demū esse crederet, q̄d sup fastigiū humani
De Iosue. (tatis esset, secundū cœli numē ꝑcipue uenerabile.

ACcessit & Iosue, q post hūc dux fuit, sua auctoritas. cuius iussu circa Iordanē ois uirilis stirpis gēs circūcisa est. eodē auctore triginta regibus bello uictis, æternū obseruatiōis fœdus cū deo sanxerūt Israelitæ. ois Chananeoꝝ terra tributim, & uiritim uictori populo diuisa est. De Iuda Machabeo.

NEc Iudæ, q̃ Machabei cognomẽ tulit, est partũ a suis datũ. cui⁹ ductu ꝑmodi ca Hebræoꝝ manus cũ ualidissimis hostiũ copijs sæpi⁹ cõflixit. q̃ nisi egregia ducis authoritas affuisset, nulla subijci necessitate potuissent, ut reb⁹ gentis atrociter afflictis, cũ eo hoste manũ cõsererẽt, cui toties cędẽda terga obuertissent.

De Michaele Veneto principe.

EXtitit & in Michaele Veneto principe authoritatis exemplum clarum, & illustre. obsidebat Venetus Tyrũ urbẽ circa Syriã cum numerosa classe. fuitq; obsidio illa longa, & laboriosa. & quia procul a patria stipẽdij indiga. ne igitur socij nauales, remigesq; stipendij causa militiam detrectarẽt, ex aluta ad tempus pecuniam publica forma signauit, adnumerauitq; classiarijs ea conditione, ut domũ reuersis aurea, & argentea pro temporaria repræsentaretur. crediderunt nauales turmæ, & quicunq; hominũ in nauibus erant, publicãq; fidẽ, & ducis authoritatẽ secuti, q̃diu foris est bellatũ, sine discrimine imaginaria inter se sunt pecunia usi.

De Vitoldo Duce.

VItoldus, qui patrũ memoria late regnauit in Lituania (fuit is Vladislai frater q in Turcos memorabile bellũ gessit) tãta inter suos fuit authoritate, ut multi mortales ab eo iussi, sine carnifice uitã finiuerint, sed met⁹ hic fuisse uideri potest non officiũ, mira sunt, q̃ de eius crudelitate memoriæ prodita sunt. nam & sontes ursinis pellibus inuolutos canibus laniandos obijcere solitus dicit̃. & in expeditionibus arcũ semp intentũ habuisse, ut siqs ordine aberrasset, sagitta configeret.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Alexandro.

MElior igit̃ affect⁹ militaris ordinis in Alexandrũ Macedonẽ, q cũ Veterani tumultuosius missionẽ efflagitarẽt, sensissentq; ob eũ tumultũ alienatũ a se regis aĩm, & si satis honorifice dimittebant̃, multũ diu ambiuere ante eius tabernaculũ cũ mœrore, & luctu prostrati ut in ordinẽ restituerent̃.

De Themistocle.

TAntum Xerxes rex Themistocli tribuit Atheniensi, ut nocte proxima, qua illum patria extorrem accepit, exclamasse dicatur, habeo Athenienses.

De eodem Themistocle.

PAr illi authoritas inter suos, nam præter Salaminiam pugnam, cuius author fuit, satis constat Olympico cõuentu totius Græciæ oculos in se uertisse. tanta in uno fuit aut authoritas, aut uirtutis opinio.

De Annibale Barchino.

HAbuit sub signis Annibal cum bellum in Italia gessit, Aphros, Numidas, Mauros, Hispanos, Baleares, Gallos, Ligures, & Italici nominis numerum ingentem. tanta tamen in eo fuit authoritas, ut nullam in tanta hominũ colluuione, tam longo bello, ac tam uarij euentus sit seditionem expertus.

De Scipione Aphricano.

SCipio Aphrican⁹, q Annibalẽ uicit, militarẽ seditionẽ est nõnunq̃ exptus. fuit in eo alioqui tanta de ipsius uirtute opinio, ut multi Italici nõis, q iam stipendium erant emeriti, sponte secuti sint illũ Aphricã prouinciã extra sortẽ adeptũ.

De. C. Cæsare dictatore.

ESt &. C. Cæsar, qui dictator fuit, militari seditione aliquando exagitatus, ita

tamen ut in nullo ducum maiora interim extiterint authoritatis exempla, quorũ unum ſatis ſit referre. dum Aphricam bello petit, Romæ legionarij mota ſeditione miſſionem efflagitabant. obtulit ſeſe ille nihilo ſecius ſæuienti multitudini omnibus amicis fruſtra reuocantibus. cæterum uno uerbo, quo eos Quirites, & non milites appellauit, adeo circumegit, ut reſponſum ſit ſe milites eſſe, non Quirites, moxꝗ exauthorati ægre precibus tenuerũt, ut in integrum fuerint ab eo reſtituti. Sic circa Placentiam ſexta legio multata. ſic. C. Caſſius Pompeianorum ducum unus, cum plures ductaret naues ad bellum inſtructas, eidem Cæſari ceſſit paruo nauigio ſedenti. tanta uni ducum authoritas non ſolum inter ſuos fuit, ſed ſuperfuit etiam apud hoſtes.

DE AEMVLATIONE. CAP. IX.

De Lucifero.

POnã (inqt malus Angelus) ſedẽ meã ad Aquilonẽ, & ero altiſſimo ſilis. q̃ ꝟba arguũt æmulationẽ eſſe in cœlo ortã nõ creatoris uitio, q ſũme bonus eſt, ſed creaturæ eũ æmulari cupiẽtis, q oia ex nihilo fecit. mala, & ingrata æmulatio, ipſiꝗ authori calamitoſa. nã q̃ alti⁹ Lucifer aſcẽdere conatus eſt, (eo ꝓfundius corruit.

De Protoplaſto.

EStꝗ id exẽplũ angelis æq̃le. q̃d ꝟo ſequiẽ cũ ipo hoie natũ pene eſt. niſi Protoplaſtus diuinã æmulari uoluiſſet ſapiẽtiã, nũꝗ lege aberraſſet. nã qd ꝑ deũ aliud fuit oim ſcientiã rerũ affectare, ꝗ cœli numẽ, cui⁹ id ꝓpriũ eſt uelle ęmulari?

De Magis Aegyptiacis.

LAte patet hic affectus, caretꝗ interdũ uitio. nã æmulari in hoie, q̃ iure laudentur, non ſolũ non deteſtabile ſit, ſed laude etiã dignũ, mõ odium, & inſectatio ꝓcul abſint, q̃le in Aegypto accidit, cũ eoꝝ quidã, qui ſapiẽtes uideri uolebãt, cũ Moſe in certamẽ uenere, magis odio, ꝗ contentione accenſi. nam quia propheta ſummus myſtica utebaẽ uirga, q̃ cœli ꝓuidentia nunc ſerpens fieri, nunc aliud diuerſum, magica illi arte freti ne miraculũ pro miraculo eſſet, nouũ cõmenti ſunt oculoꝝ ludibriũ, ut qbus ipſi uirgis magicis uterenẽ, in colubros uerterenẽ, coarguit Magoꝝ fraudẽ diuina uis, cui nemo niſi impius repugnat, uanasꝗ hydroꝛũ ſpecies non ſine ſpectantiũ ſtupore uerus myſticusꝗ Moſis deuorauit ſerpens.

De Betheleij ſenis æmulatione.

AGe uero & ꝗ Betheleij ſenis deteſtabilis fuit æmulatio, qui prophetã mẽtitus, Iadanẽ uirũ prophetici ſpiritus inſtituto auertit itinere. ſenſit fatidicus ſenex Bethleem reuerſus incurriſſe irã numinis, ꝙ tantũ Roboæ impietatẽ iuſſus corripere, prophani hominis dicto temere obtemperaſſet. ſenſit ac ſimul uaticinatus eſt, fore ut breui uiolento belluæ incurſu laniareẽ. nec uaticinio defuit euẽtus.

De Simone Mago.

SImon Samaritan⁹ magicæ artis haud ignarus, unde & magi illi cognomẽ fuit, qa pietate, & omi uirtutũ gñe inferior erat Petro Bariona, malis eũ artib⁹ uincere conatus eſt, obiecitꝗ magicas uanitates diuinæ uirtuti, hũc ꝓuocare auſus, cui ligandi, ſoluẽdiꝗ oia e cœlo cõceſſa erat poteſtas. cõcidit Simon medio conatu, & dũ pietati illudit, illuſus eſt. dum cœlũ inaniter ſcãdit, ſolo eſt grauiter afflictus.

De Rufino Aquileienſi.

QVid ꝙ ne Hieronymo quidem, in q̃ tantũ infuſi luminis fuit, tm̃ eloquentiæ

suus defuit æmulus: sed potuit Rufinus uerbis contendere, sanctitate nō potuit, q̄q̄ si illud quoq; in ambobus pensetur, tantum Stridonensis illa tuba Carnicæ p̄stitit, quantum Indici elephantis barritus, culicis bombiculo.

De Brachio, & Sfortia.

SEd nihil uoluit natura esse sine pari. nulla uirtus fuit unq̄ tam ardua, quam nō aliquo modo exercuerit æmulatio, ut nullo alio affectu plures reperiantur in omni uirtutum genere profecisse, dum hic parem ferre nequit, ille superiorem. enimuero ut alia omittam, adeo hic stimulus ad æmulationem accendit duo illustrium uirorum paria, auorum nostrorum, & patrū memoria, militaris gloriæ cupiditate, ut omnem Italiam in duas traxerint factiōes, Sfortia, & Barchius primo nobilitati, unde Sfortiani, & Barchiani fuere secuti, Nicolaus cognomento Picininus, & Frācíscus paterno cognomine, adeo acribus stimulis sibi infesti, ut uter q; alteri semper fuerit hostis. ingenio, successu, opibus, uirtute bellica adeo inter se pares, ut nihil præter euentum, fecerit in his discrimen. Euentus, qui de omnibus iudicat, Sfortiam maiorem declarauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Theseo, & Hercule.

IN nulla p̄te instituti opis maior exemplor; copia, uberiorq; materia sese nobis obtulit, q̄ in ijs, q̄ ad æmulationē p̄tinēt. uel q̄a res hæc multo plures illustrauit, q̄ ullus alius hois affectus, uel q; pluribus sit ingenitus, & quodammodo a natura datus, ut per eū uita exercitatior fiat, & ad laudē adipiscendā concitatior. sed in tā multis nobis modus tenēdus est cū delectu, p̄sertim in Ethnicis, quæ hic subtexenda sunt. quor; uetustissimū illud Thesei, qui Herculis p̄pinqui sui labor; æmulus aliquot in terra Græcia cōfecit mōstra hoim, & ipse grande nomen adeptus, nisi partū decus peregrinarū mulierū rapina turpiter fœdasset.

De Salmoneo, & Alladio Albano.

NEc recens est de Salmoneo, & Alladio, memoria. quorum Albæ hic in Latio, ille in Elide Archadiæ Iouis tonitrua, fulguraq; imitati calamitoso æmulationis euentu, uterq; suæ pœnas luit impietatis, cœlestem ignem experti, quem non minus stulte, q̄ impie uano strepitu imitabantur.

De Hercule Thebano.

POtest & Alcmenæ filius uideri Liberū patrē æmulari uoluisse, terrar; orbe ab ortu ad occidentē solē, & meridiē pagrato, colūnisq; in ipso oceani, & terræ cōfinio cōstitutis.

De Alexandro Macedone.

ALexāder Philippi filius (quod satis constat) intra Hydaspem fluuiū, & Gangem metas fixit, rerum a se gestarum terminos, indubitato æmulationis argumento eorum, quæ duo illi diu antea gesserunt.

De Themistocle Atheniensi.

FVit & Themistocles ambitiosus, atq; intantum illustrium uirorum æmulus, ut plane fateretur Miltiadis trophæa sibi somnum adimere.

De Platone, & Xenophonte.

CAeterū q̄a adhuc de Græcis sermo est, Plato uir sūmus, & Xenophō, haud exptes fuisse credunt̄ talis affectus. id indicio est q; neuter alterius meminit unq̄, cū multa uterq; scripserit, ambo clari, & inter se aliog noti, Socraticæq; sapi

entiæ ambo alumni. De Aristotele.

Vidit Aristoteles Stagirites Xenocratē sibi platū, cui⁹ cōdiscipulus fuit (nota est uox Platonis, cui illi ambo operā dederūt, heu qualē asinū iunxi currenti equo) nec eā tulit ignominiā philosoph⁹ alioq eminētissim⁹, sed ꝓcul Athenis, ubi id acciderat, reliquū uitæ egit Atticæ ciuitati haud dubie irat⁹. pari affectu ad Rhetoricen tractandā sese cōtulit Isocratis æmulatiōe. nota est eius uox. turpe est Aristotelē silere loquēte Isocrate.

De Apelle Coo.

EST & Apelles æmulantiū ambitiōe sæpe uulgi iudicio superatus, prouocauit inde ad naturæ tribunal, estq; ab ea uictor iudicatus in equi figuratione.

De Zeusi, & Parrhasio.

NOn minori propemodū iudicio Zeusidis, & Parrhasij æmulatio decisa est. in quo certamine non natura, sed ars ipsa, quæ est naturæ æmula, iudicauit.

De .M. Crasso, & Pompeio.

SVnt Romanorum in utrāq; partem sua exempla, & multa, & magna. fuit .M. Crassus ex confesso Cnei Pompei æmulus, sed ut diuitijs maior, ita rerum gestarum gloria longe inferior. Catonem, cui Vtica cognomen dedit .M. Fauonius æmulatus est in uitæ sanctitate, Hortensius Ciceronē in eloquentia. suntq; multo facilius æmulorum nomen, ꝙ propositum adepti.

SEXTI EXEMPLORVM LIBRI FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER SEPTIMVS.

DE GRATITVDINE. CAP. I.

De Israelitis.

NEscio quonāmodo id accidit, ꝙ nuper ciuitate egressa, & in re bellica nihil cōmorata, eodem sua sponte instituta hæc exemplorum reuertitur explicatio. quapropter non in sago erit post hac, sed in toga, cui sequēs liber, & qui proxime subijcietur, destinanē, offertq; se nobis urbana repetentibus laudatissima uirtutum oim Gratitudo, res cœlo, & hoibus iucunda, gratiq; nois. in quo genere, ut uetustissimū ita maxime piū Israelitæ exemplū edidere. qui excusso seruitutis iugo, perq; medios pelagi fluctus in pacatū egressi, cōfestim deo seruatori hymnum cecinere, quem Moses itineris author est pie meditatus.

De eadem gente.

FVit & in Rabaā Hiericuntiā, eadē gens nō ingrata, quā in Hierecuntis excidio solā cū tota domo ꝓstitit incolumē, ꝙ suos hæc exploratores in urbe deprehensos ꝑ diē texisset, cū ad supplitiū quærerent, noctuq; tutos in castra dimisset.

De Dauide.

GRatus & Dauid rex, qui Ionathæ opa sæpius seruatus (erat filius Ionathas Sauli regis, ꝙ nullus unꝗ hoim fuit Dauidi infestior) posteaꝗ regno Dauid potitus est, Ionathæ eius filiū cōplexus, cū oēm alioq progeniē Sauli hostiliter insectaretur, unum ob patris memoriā clementer fouit, regioq; cōuiuio ascripsit.

De Cyri regis in Iudæos gratitudine.

SEquunē duo externoꝝ regū exempla, sed Iudæorum rebus nihilominus inserta, & ob eam rem in ordinem redigenda. Cyrus maior ꝙ in Esaiæ libris .cc. ante, & amplius annis editis, nomen suum diserte positum inuenit, prophetæ car

men hoc habuit. Volo Cyrũ, quẽ multarũ, & magnarũ gentiũ regẽ cõstitui ppt̃ meũ ad ꝓpria remittere, ibiq; mihi templũ iterũ suscitari. ipse inq; Cyrus ꝓphetica prædictione lætatus, edicto testatus est se Iudæos in patriam remittere, ut deo templũ restituerẽt, cuius prouidẽtia multo priusq̃ nasceret̃ fuisset rex cõstitutus.

De Alexandri in Iudæos gratitudine.

PAri gratitudine Alexander Macedo, cũ Hierosolymis esset Danielis prophetæ oraculo instructus fore, ut rex Græciæ Persarum olim opes euerteret, certa spe uictoriæ ex ea re præcepta, Iaddum, & cæteros sacerdotes, per quos fatidicum carmen cognouit, amplissimis donauit muneribus. ipsi ciuitati permisit, ut suis uteretur legibus, tributumq; in septem annos remisit.

De Alexandro Pontifice.

ALexander Ro. pontifex, qui tertius fuit eius nominis, nouitate suorum temporũ Federico Imperatori per Venetos reconciliatus, restitutusq; in pristinam dignitatẽ, grato animo umbella, & alijs insignibus Veneti principis maiestatem excoluit.

De Venetis.

ADijciatur his publicum ciuitatis exemplum, quando Venetorũ mentio proxime facta est. Franciscus Dandulus, quia ad publicam ignominiam deprecandam diu ad Clementis Romani pontificis mensam humiliter stratus iacuisset, ad quod ipsum fuerat publice in Galliam missus, ex ea legatiõe reuersus, magno oim ordinũ fauore princeps est ciuitatis factus, ut q nup in squallore, & sordibus ꝓ patria cõspectus esset, sublimi loco conspiceret̃ auro, & purpura conspicuus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Romanis Mulieribus.

PRoxim⁹ est publicę gratitudini uet⁹ ille Romanarũ mulierũ luctus, q̃ Iuniũ Brutũ ob læsam Lucretiæ pudicitiã Targniorũ insectatiõe insigniter uindicatã annũ integrũ luxere.

De Romulo.

VEtustioris adhuc memoriæ est illud Romuli. is quia matronarum interuẽtu Sabino bello ciuitas defuncta esset, indubitato gratitudinis argumẽto statuit, ut præter alia ornamenta ob id meritũ mulieribus uno decreto congesta, ad omnem occursum uia illis decederetur.

De recentiore Ro. mulierum gratitudine.

PVlchrum facinus, & in primis memorabile, q in ea urbe, quæ futura erat caput, & arx omnium gentium uirilis gratitudo cum muliebri toties certarit. Enimuero matronæ rursus ob insignem pietatem a Mattio Coriolano matri exhibitam, eum extinctum menses decem luxere.

De Romanorum gratitudine in mulieres.

COntra publico decreto his datũ, quia Senonico bello aurũ in mediũ contulissent ad Capitoliũ obsidione soluendũ, ut mulieres uita defunctæ ꝓ cõcione laudarentur, cum is honos ad id tempus uirilis esset, & non alterius sexus.

De Minutio magistro Equitum.

MInutius magister equitũ (cui secundo bello Punico æquatũ est cũ Dictatore imperiũ) temere in Pœnorũ insidias ꝑcipitatus, circũuentusq; ab hoste cum dimidio copiarũ, erat haud dubie locũ ipsum Ro. clade ante Cãnas nobilitaturus cæterum Fabij maximi Dictatoris a quo dissentiebat in administrando bello ce

leri occursu iminēti piculoso subtractus, haud inepte ad infamiā diluendā gratitudinē temeritati ptexuit, ultroq; Dictatori imperiū restituit, patrēq; appellauit. fuit ꝑterea suis auctor, ut patronū militari clamore salutatū aurea corona donarent.

De Populo Romano.

STatuit po. Ro. Antonio Musę medico signū Aesculapio ꝓximū ob Augustū periculoso morbo seruatū, monumētum publicæ gratitudinis haud uulgare, præcipuūq; artis decus, q potentissimi populi, omniumq; gentiū uictoris iudicio unus aliquis hominum medicinæ deo æquari debuerit, q caput unum, & si ciuitati gratissimum maiore fœlicitate, q̄ artis peritia seruasset.

De Græciæ gratissimo decreto.

TAlis nec minor honos, minorue gratitudinis fonte egressus, Hippocrati medico cōtigit in Græcia. nam cū pestē ex Illirico appropinquare diceret, ex discipulis quosdā in diuersas Græciæ ciuitates dimisit, qui illis laborare incipientibus opitularent. quapropter eosdē, q̄s & Herculi, Græcia illi honores decreuit.

De eiusdem Græciæ gratitudine.

NEc ingrati animi inhumaniue affectus extitit in eadem gente exemplū. cum enim isthmiaco conuentu. T. Flāminius, post Philippum regem uictū omnibus Græciæ populis, quorum libertatem Macedo oppresserat, in pristinæ fortunæ statum pręconis uoce restituisset, tantus fauor audientium secutus, ut aues superne uolentes ad terrā deciderint. qn maiora etiā gratitudinis argumēta extiterunt. Chalcidēses diu in eo ꝑseuerarūt, ut nulli deoꝝ templū nisi Flāminij noīe apposito dedicarēt, ut Herculi, Mineruę, Neptunoue, & Flāminio sacrū inscriberēt.

DE INGRATITVDINE. CAP. II.

SAtis cōmode mortales inter se agerēt, essetq; uita hominis proculdubio tutior, beatiorq;, si non plura extarent ingratitudinis exempla q̄ eius uirtutis cuius nunc memini. nam q̄tus quisq; alienū mauult meritū q̄ suū cōmodū ꝑpendere? iā uera uita hoim eo ꝓcessit, ut ꝓ bñficio sit potētiorib⁹ gratificari, credaturq; diues ꝑstare officiū nō accipe, si oblatū nō repudiet. Nulla gēs, nulla ciuitas fuit in terris unq̄, q nō id uitiū quadātenus fœdarit, ut pene plura i hoc uitio sit, q̄ in cæteris oībus inuenire exēpla. aut qa detestabiliora sint, & ob eā rem magis cōspicua, aut q natura sit hois cōtumax, nec minus aliud uelit q̄ debere.

De Malo Angelo.

SEd qd hoc? Lucifer, qui multo nobilior, sanctiorq; fuit hoie, nisi ingrato fuisset aio nūq̄ meditari cœpisset altius scādere. q̄d ingrate magis an impie cogitarit (difficile sit iudicare.

De Adamo Protoplasto.

PAri exēplo, sed euētu minus atroci primus hō cōcidit, terrestribus delitijs, & imortalitate corpis amissa, creatoris sui imemor. quippe q plus scire uoluit, q̄ hoięm oportebat. sed noxa hæc minus infœlix, quia redemptorem inuenit.

De Iacob, siue Israele.

NEq; Israel (q̄d fas sit dicere) multū in eo grat⁹ dici pōt, q domo ꝓfugus miti hospitio, dupliciq; filiaꝝ cōnubio ornatus a Labane auūculo, diuitijs ꝑterea auct⁹, ad extremū occultā ab eo fugā meditat⁹ est, magna stabuloꝝ pte cū seruis (cōpilata.

De Pharaone.

QVid Pharao Aegyptius rex, an ipse parum ingrate egisse uideri potest, qui

Mosen post præclarã illam, quã de Aethiopibus uictoriã reportauit, Meroecq ex hoste capta, haud dubie interfecisset, nisi matura ille fuga sese periculo subtraxisset, numinis prouidentia (ut credere est) seruatus.

De Israelitarum ingratitudine.

SEd minus dãnet necesse est Pharaonis factũ, q Israelitarũ in eundẽ nõ ignorat ingratitudinẽ. populus seruitio exẽptus, sępi⁹ desyderijs leuat⁹, manifestis rerum miraculis p deserta traductus, seditiõi magis q̃ pietati indulgẽs, stulte, impieq ducẽ ipm maledictis incessuit, minaciter occurrit, imperiũ detrectauit, cõmunis exitij auctorẽ appellãs, quẽ populi seruatorẽ multo ueri⁹ dixisset. est ingratitudo illa sæpius cœlesti ultione expiata, sed nõ minus pterea imerito duci totius gentis uitio repsentata.

De Saulo.

INgrat⁹ magis an amẽs fuerit Saulus rex, nõ facile dixerim, quẽ insanientẽ toties Dauid recreauit, arcanisq eo carminib⁹ retraxit, ut mẽs, & ratio homini constarẽt, cui⁹ regnũ Goliadis cæde stabiliuit, a cui⁹ corpe uiolando bis abstinuit, cũ bis iniuriæ obnoxiũ habuisset. & cũ tot modis ille Saulũ demeruisset, ingrat⁹ rex q̃ad uixit Dauidẽ capitaliter odit, atq ita ptinaciter, ut in eũ sæuire nõ nisi cũ morte desierit.

De Iuda Schariote.

SEd detur hoc furori, & amentiæ. Iudæ Schariotí, nõ nisi perfidię, & sceleri dandum. q quem magistrum, & regem sibi delegit, quem eundem e cœlo esse miraculorum magnitudine scire potuit, & debuit, a quo apostolatu insignitus cœlo admouebatur, modica pecuniarum iactura, quæ in mystica unctione sacri corporis fuit adeunda, uilissimo uendidit pretio, quin seipsum potius homo infœliciter natus uendidit, uel uerius perdidit prius consilio, mox pcipiti desperatiõe, ut qui oẽm Israelis progeniẽ sedens iudicaturus fuit, sit pfidia, & impietate iudicatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Iasone.

AGe nũc, & q̃ in Ethnicis sunt referam⁹. an ne aliud æque ueteres poetæ mirati sunt, aut poti⁹ detestati, q̃ Iasonis ingratitudinẽ: qui Medeam regis filiã, cuius opera aureũ uellus ex Colchide abstulit, grauiq est periculo seruatus, ex qua pulchrã extulit sobolem, noui cõnubij cupidus repudiauit. sed mala libido male illi uertit. quippe qui nouo, ueteriq toro exut⁹, liberis amissis, exul patria, luctu, & mœrore confectus, uitam cum morte cõmutauit.

De Theseo.

NEc meliore exemplo, exituue minus luctuoso Theseus Ariadnã, per quam Minotauri laniatũ effugit, suos ciues seruauit, patriã seruitio exemit, in Naxo insula reliquit captus sororis forma. a cuius cõnubio si abstinuisset, nec ipse filio orbatus esset, nec Aegei penates incesti amoris sugillati fuissent affectu.

De Laomedonte.

ET quoniã poetica fides in hac parte recepta est, age nunc, & quo sit Laomedon nomie censendus uideamus, perfidus ille (quis ignorat?) qui fidem Herculi non pstitit, sed magis adhuc ingratus, qui accepti beneficij immemor, non solũ præmio fraudauit, sed hospitio etiã exceptum quantum in se fuit perdidit.

De Paride.

MAiore etiamnũ fraude, ingratitudineq magis detestabili Alexander huius

nepos ex hoſpite factus eſt prædo, regiam matronam regio toro abduxit, quo ſe flagitio ſuosq; cum ipſa patria male perdidit.

De Athenienſibus.

INgratæ & in Socratē Athenæ uirū Apollinis iudicio oīm ſapientiſſimū iudicatum, cui pro Attica iuuentute ſancte, & ſapienter inſtituta, uenenū rependerūt, ingratę & in Miltiadē, quē pro Marathonijs trophęis, uinculis, & carcere macerarunt, cui non plus profuit ꝙ aſſertor Græciæ fuiſſet, ꝗ ſi ſignorum deſertor.

De Syracuſanis.

SYracuſani Dionē ſuū haud multo poſtꝗ ꝑ eum libertatē receperāt, urbe eiecerunt, eiectū breui poſt ſua ſponte reuocarunt, reuocatū interemerunt.

De Alexandro magno.

TAm parum ſobrie, ꝗ etiam ingrate feciſſe uideri poteſt magnus Alexander, qui Clytum nutricis ſuæ filiū in conuiuio interfecit, ꝙ aliquanto liberius Philippi patris geſta extolleret. ſed ꝗ Macedo in patrē, cuius laudi inuidebat, tm̄ nec minus in Clytum ingratus, per quem prælio ad Granicum amnem cōmiſſo morte ſeruatus, ingens nomen, & imperium ſibi comparauit.

De Thebanis.

NVlla Græciæ ciuitas habuit unꝗ tam claros duces uno tēpore, nec qui tam concordi animo rempublicam adminiſtrarent, ꝗ Thebæ Epaminudam, & Pelopidam, qui patria in libertatem aſſerta, Spartanis Græciæ principatu deiectis ampliſſimis rebus domi, foriſq; geſtis inſignes, paucorum ciuium obtrectatione maieſtatis rei cauſam dixere. Adeo nulla unꝗ uirtus fuit tam aut ſuis utilis, aut tā mitis, quam non domeſtica uellicarit inuidia.

De Plurium ciuitatum ingratitudine.

HAec eadem peſtis cæterum non ſine publicæ ingratitudinis ſuſpitione Annibalem abſentem reuocauit, reuocatum expulit. hæc utrūq; Aphricanum, hunc nocturna cæde, illum perpetuo exilio afflixit.

DE DISCORDIA, ET SIMVLTATE PRINCIPVM IN REPV. ADMINISTRANDA. CAP. III.

ESt (ſcio) a multis quæſitū diſſenſio animoꝝ, & uelut ſimultas, ꝗ ſępe in his extitit, quibus domi, foriſue ſumma eſt reipublicæ credita, conducibilisne ſit ciuitati, an calamitoſa potius. ſunt nō pauci rēpti, q ciuilē ꝓbēt diſceptationē, ſi citra ferrū id fiat, ut ꝗ ſit in honeſti, & utilis diſqſitiōe poſita, ꝗd ſæpe in ſenatu accidit, publiciſq; cōcilijs, cū de ſumma rei cōſultatio icidit. ubi ꝗ plures ſentētię dicunt̄, magiſq; i ter ſe diuerſę, eo accuratius oia decernunt̄, cū qd uerū ſit, qd cōducibilie magis liqueſcat. ſed ut cōtentio hæc ſæpe utilis domi, ſic in re bellica, cū duces inter ſe diſſident, triſtis, & funeſta regnis, & ciuitatibus, quarū res gerunt̄. Id experientia rerū oim magiſtra, non uno docuit euentu.

De Ariſtobulo, & Hircano fratribus.

ARiſtobolus, & Hircanꝰ fratres dū domi, foriſq; ad ſe trahūt Hieroſolymitani regni ſummā, Nabatheis primo, mox Romanis paternū regnū ꝑdidere.

De Hieroſolymitanis ducibus.

NEc eo bello, ꝗ Hieroſolyma orientis olim clariſſima exciſa ſunt, æque aliud funeſtū ciuitati fuit, & exitiale, ꝗ Eleazari, & cæteroꝝ ducū diſcordia, hoꝝ

dissidiũ nõ minˀ obsessam multitudinẽ intus afflixit, q̃ foris Romanus hostis, qui (mœnibˀ hærebat.

De Obelerio, & Beato Venetis Ducibˀ.

REm Venetã adolescere incipiẽtẽ Obelerius, & Beatus fratres, dũ diuerso uiuunt ingenio, parũq; cõcordi aĩo in summa rei administrãda in apertũ discrimen adduxerũt, ciuitate tam graui, & ancipiti bello implicita, ut ꝓpiores fuerint (piculo, q̃ uicere.

De Varnensi clade.

NObilitauit Varnã in ora Põtici maris Christianus cruor patrũ memoria, fuitq; nostris hoĩbus pugna illa funesta, & calamitosa nõ magis hostiũ uirtute q̃ christianorꝝ ducũ discordia. nã dũ qſq; ꝑ se ꝓperat uincere, oẽs una uicti sunt, (atq; occidione occisi.

De Gallis Ducibus.

CEssisset Gallis Syriam Gothifredi Bolionij ductu, & auspicijs inuadentibus, post Antiochiã captam multo diuturnior de Hierosolymis, cæterisq; eius terræ urbibus uictoria, nisi ducum discordia intercessisset. quæ in causa fuit, ut si q̃ lætitia orta est ex ijs, quæ postea fœliciter gesta sunt, plus nimio fuerit Christianis hominibus breuis, & uictoria ad postremum irrita.

De Italorum Ducum discordia.

SVperuacuum sit (credo) memorare quoties, & quibus locis ualidissimi exercitus in Italia sint aut deleti, aut male habiti suorum ducum discordia. sic circa Aemyliam patrum memoria pontificiæ, & sociorum copiæ in Bononienses missæ a Nicolao Picinino, ducibus inter se dissidentibus per occasionem fusæ, fugatæq; sunt. sic Veneta classis in Pado deleta, ꝓfecto classis a Carmaniola discrepante. sic Philippi Vicecomitis res, haud uno loco periclitatæ sunt, tacita ducũ æmulatione, aut parum fœliciter administratæ.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Aristide.

QVã ciuilis, & senatoria dissẽsio sit nõ ſꝑ utilis, sed obesse etiã possit uehemẽter reip. memorabilˀ uox Aristidis Atheniẽsiũ optimi facile declarat. cui cũ ciuili admistratiõe parũ cõueniret cũ Themistocle (erãt eñ ingenio, & moribˀ diuersi) (cõstãs hic & æquitatis amicˀ, ambitiosus ille & temerariˀ) solitˀ dicere est rẽp. Atheniẽsiũ nũq̃ incolumẽ futurã, nisi (se, & Themistocle in Barathrũ cõiectis.

De Achille, & Agamẽnone.

LOnge uetustior res est, sed ab eo q̃d nũc agit̃ nõ aliena Græcis ad Troiã sedẽtibus nihil æque obfuit, ac regũ discordia, q̃ multo sæuior Danais incubuit, q̃ aut fames, aut pestilentia. fuit eñ hæc breuis, & paucorꝝ dierũ, sed cædes, quæ ob Achillis secessionẽ est ipsi gẽti ab hostibˀ illata, fuit oĩ calamitate calamitosior.

De Pericle, & Cimone Atheniensibus.

NEc Periclis, & Cimonis æmulatio Atticæ profuit ciuitati. hinc sæuientis populi fœdæ illę tempestates Pericli uiro summo medio belli ardore alienis stimulis concitæ, ut uel quæ utiliter fierent, essent ipsi duci inuidiæ.

De Pelopida, & Epaminunda Thebanis.

EXercuit idẽ malũ rem Thebanã aliq̃diu, Pelopida hinc remp. illinc Epaminunda ab initio trahentibus. tulit eos patria dissentientes, quæ mox rempublicam concordi animo administrantes ferre non potuit.

De Annibale, & Hannone, Cartha.

IAm uero si quis Annibalis fremitū indignātis attendat, nihil huic dubium erit, quin Hannonis cum eo duce, & Barchina domo simultas plus Romano populo contulerit uictoriam, q̄ Metaurus, & Adrumetum.

De Fabio maximo, & Scipione.

QVid q̄ si Fabio maximo esset obtēperatū, Scipio nunq̄ exercitū in Aphricā deportasset: ponitq̄ duorū dissidiū Romanū populū nobili uictoria priuare q̄ breui secuta est, ac nescio an etiā efficere, ut Italia Punicis armis diutius p̄meret.

De Pompeij, & Optimatium discordia.

NOcuit Romano imperio, imo ipsi libertati intempestiua Optimatiū cōspiratio, q̄ Gn. Pompeiū post clarissimā uictoriā a se alienauit, q̄ eius acta p̄bare noluisset. ex eo quidē fonte oīs reipublicæ labes redūdauit. ac ciuilia bella, q̄ deinceps secuta sūt, ex funesta illa cōtentiōe p̄fecta uideri p̄nt, q̄ libertatē, & imperiū euerterunt.

De Catone, & C. Cæsare.

ACcessit his malis acerbus, & exitialis. M. Catonis stimulus. C. Cæsarem hostiliter insectantantis, uiri alioqui iusti, & æquitatis amicissimi. fuit tamen inexpiabile illud Catonis odium, iudicia & damnatiōes denuntiantis armato duci ciuilis belli classicum, ut merito Cæsar credi possit magis huius, & aliorum æmulatione percitus, q̄ dominandi libidine ex ciue hostis factus, & qui princeps esse uoluisset, ne legibus cogi posset, sit tyrannus uerius, q̄ Dictator factus.

DE PRIVATIS HOMINVM AFFECTIBVS. CAP. IIII.

De Christo.

VNigenitus dei fili⁹, qui ut hoīem redimeret, homo, & deus esse uoluit, nunq̄ risisse dicit̄. idē infremuit spiritu, ingemuitq̄. fleuit aūt nōnunq̄. qui affectus & si hoīm sunt, nisi in uere sapientē non cadunt. sed cæteros hoīes aut ars, aut natura effinxit. ipse qui deus fuit, talis quidem esse uoluit.

De Samsone.

SAmson (cuius uetustior est fama) mortalium fuit fortissimus. mirum est, quod de eo produnt diuinæ literæ, fuisse robur illud hominis in capillis, quibus desectis uinctus sit, & illusus ab ijs, quibus terrori fuerat, ac sæpius exitio.

De Solomone, & alijs illustribus uiris.

SEd q̄ hic fortis, & ualidus, tam nec minus sapiens Solomon, tam iracūdus, & impacabilis Saulus, Iob patiens, Ioseph iustus, Machabeus Iudas audax, tam fatidicus Dauid, quibus sua cuiq̄ uirtus adeo insigniter affuit, ut unus oīm in suo genere sempiternū sit nomen adeptus, trāsgressus scilicet humanitatis fastigium.

De Mose, & Helia.

QVod Moses, & Helias in quadragesimū diem ieiuniū extenderint, quia humana conditio fidei repugnat, ut pie ita uere cœli prouidentiæ imputabit̄.

De Petro Bariona.

FLeuit Petrus Bariona apostolorū princeps, ter suo rege abnegato, exijtq̄ affectus ille non in triduum solum, sed in omne uitæ tempus, ut quoties tristis illa inconstantiæ suæ recordatio subiret animum, ubertim flere sit solitus.

De Francisco Assisiate.

FRancisci Assisiatis contēplatio adeo uehemēs fuit, & affectus plena, tā tenaciter dñicę passioni inhęrēs, ut sacratissimi corporis stigmata eodē numero, suisq̄

locis sint pcanti illi repsentata, p quæ fortissimus Christi miles est signifer factus.

De Catharina Senensi.

CAtharina Senensis tulit & ipsa suo corpe redeptoris stigmata, Assisianæ scilicet pietatis, & meditatiois æmula.

De Io. Scoto.

PRædicari audio Io. Scotū, q nemo subtili9 diuinas tractauit literas, animo linqui solitū, ac uelut exanimem eodē q dephensus esset loco, p diem interdū & amplius immobilē sedisse mente, & sensibus sopitis, aut certe procul a corpe aberrantibus, atq ita demū ab hominibus eius rei ignaris pro defuncto elatum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Aristea Proconnesio.

TAle quiddā passus dicit Aristeas Procōnesius, cui9 aīa solita sit euagari relicto corpe. quā nacti occasionē eius inimici corpus ita affectū flāmis cōcremarunt, estq menti peregre redeunti uelut uagina gladio adēpta.

De Epimenide Cretensi.

EPimenides Cretēsis. l. dormiuit annos sub terraneo specu. Cæterū tantū abest, ut res p falso refelli possit, ut & ipse quosdā agnouerit, & in his fratrē adhuc supstitē. est uero & ipse a suis agnitus, tam etsi puer admodū amissus. eius sapientia celebris fuit in Græcis, nec ætas minus insignis, q. c. l. sortita est annos.

De Socrate.

IAm uero Socrates, si uera sunt, q de eo tradunt, semp eodem fuit uultu, eadem illi temperies animi affuit, cum uxorem duxit, quæ & cum uenenum bibit.

De Timone Atheniensi.

TAm tenax affectus nec minus fuit in Timone Atheniēsi, sed toruus, & detestabilis. nā ut in hoc de quo nūc dixi sedat9, & mitis, ita in illo atrox, & humano generi infestus.

De. M. Crassi auo.

MArci Crassi, q Parthico bello perijt, auus græca uoce Agelastus est dictus, q nūq ridere sit uisus, ut minor Antonia, q Druso Augusti priuigno nupsit, nunq spuere.

De Vergilio Vate.

VErgilius Vates suspirabūdus, ubicq obseruatus est, unde facetū illud Augusti respōsum inter hūc ipm sedētis, & Flaccū Horatiū, q ab oculorū lippitudinē laborauit, rogatus a quodā amicorū quid ageret, sedeo inqt inter suspiria, & lachrymas.

De Pericle, & Nicia Atheñ.

REtrahor nunc tacito admonitu ad exteriora exempla, quis non hoc naturæ imputet? fuit Pericles Atticus, fuit & Nicias, æquales inter se auctoritate, & opibus, eiusdem ciuitatis principes, ingenio tamen tam diuersi, ut omnia huius opera, consiliaq pacis fuerint, illius armorum, & bellici apparatus.

De Fabio maximo, & M. Marcello.

EX nostris quoq hominibus duos dispari ingenio uiros secundū bellum punicum illustrauit, M. Marcellum rei bellicæ adeo studiosum, ut per quietem nihil aliud q prælia meditaretur, & Fabium maximum, cuius cunctatio non minus celebris defluxit ad posteros, q Marcelli ferocia manauit.

DE HONORE DOCTRINARVM STVDIIS EXHIBITO. CAP. V.

De Abraamo.

AEgyptū ingressus Iudæorū optim⁹ Abraam⁹, ignot⁹ qdē oibus, nec ipse quēq̄ indigenarū nouerat. uerū cū sacerdotib⁹ ei⁹ gētis sępi⁹ cōgressus cœlestiū & humanarū rerū uir sciētissim⁹, breui in eā dignitatē uenit, ut ne princípib⁹ qdē ei⁹ ordínis cederet cultu, & ueneratiōe, p q̄s regi insi nuatus, nō solū domestico pudore integro regē coluit, sed agrū etiā, quē coleret (dono accepit.

De Dauide.

NVllus unq̄ regū infestiore fuit aio in oēs hoies, minusq̄ placabili, q̄ Saulus Iudæorū rex. nec idē quēq̄ hoim infensi⁹ odit, q̄ Dauidē, quē ab adolescen tia plus nimio habuit inuisum. eius (ut credi par est) indolē ueritus (semp eīn alie na uirtus formidolosa fuit tyrānis) aut certe q̄a inunctū a propheta nō ignoraret, uerū & si grauiter odisset, Musicen tñ in eo cōplexus accersiuit nōnunq̄ ad se, & (canentē hilariter, & piucūde audiuit.

De Mose.

QVid rogo, quid secundum numinis prouidentiam affuit Mosi, quapropter tanta uis mortalium uni hominum credidit: ut pacatam, & delitiosam terrā fugiens, p deserta & deuia loca, q̄d nunq̄ uiderant solū tanto studio, & labore q̄si uerit. Nisi diuinarū rerū scientia, humanarūq̄ peritia a primo mūdi exordio illi cō tigisset, nunq̄ genus hominū cōtumax alioqui & seditiosum, tam patienter & du cem, & legumlatorem tulisset. ualuit (scio) multū antiqua pietas. sed hanc ipsam in conflatione ituli haud dubie antiquasset, nisi uiri authoritas intercessisset.

De Ptolemæo Philadelpho.

PTolemæus Philadelphus septuaginta senes bibliacæ historiæ sciētissimos ab Iudæa usq̄ in Aegyptū uocauit. quos regia urbe acceptos hospitaliter & be nigne coluit. eorumq̄ interpretationem cupide complexus, magnis a se muneri bus donatos honorifice dimisit. neq̄ id genti datū magis q̄ doctrinæ credere est, cum nulla tum gens esset in terris inuisior omnibus, aut despicatior, q̄ Iudæi.

De Io. Campegio.

SVnt & nostri temporis exēpla non uulgaria. Io. Campegio Bononiēsi publi co decreto in Patauinū Gymnasiū accersito, posteaq̄ eius accessus appropin quare dictus est, ob excellentē eruditionē, nominisq̄ celebritatē, a magistratibus urbis (quod nisi regibus, aut summis principibus dari consueuerat) a Gymnasiar chis, & omnifariā professoribus, ingentiq̄ officiorū frequentia itum est obuiā, ut nulla hoim memoria p̄fessorē honorificentius acceptū uiderit Patauina ciuitas.

De Vicetina ciuitate.

AVdiuit Vicetina ciuitas ex rhetoribus nostræ ætatis Sabellicū obscuri ad huc nominis peregre transeuntē, cæterū dicēdi facultatē in eo admirata, ar gentea patera magni ponderis, & quod plus fuit, ciuitate donauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Syracusanis.

DEderūt & Syracusani nō parū Euripidi Poetæ, in cuius gratiā plerosq̄ Atheniēsiū, q apud se seruitutē seruiebāt, libertate donatos domū inco lumes dimisere, q̄ aliqua ipsius poetæ carmina memoria tenerēt. q̄nto plus ipsi carminū authori demū daturi, si ijs, qb⁹ curæ fuit illa discere, tm̄ tribuere.

De Dionysio Tyranno.

VVlgatiore fama est illud Iunioris Dionysij, sed is cui honos ille est exhibitus,

nō patiē rē silētio pterīri.ex Athenis in Siciliā a tyrāno accersitus Plato,naui,q̄ ue
herēt ad id in Atticā missa,ad insulam delatus,egressusq̧ uittata naui in litus albis
est quadrigis a Dionysio exceptus,ac triūphantis more ante nobilissimę ciuitatis
De Alexandro Macedone. (oculos ptereuectus.

ADeptus Alexāder Macedo post Dariū plio uictū,scriniū in regia pda ex auro,& gēmis fabrefactū,sciscitatus ab ijs,q Persicæ erant luxurię non ignari, ecquis nam esset tam præciosi operis usus,ubi regia audiuit in eo unguenta serua ri solita,quin inquit rei magis præciosę sit post hac custos, Homerumq̧ in loculo clausit.dignus ipse,qui preconē,quē Aeacidæ inuidit,esset aliquando sortitus.

De eodem Alexandro.

NEc Pindaro uati parū est ab eodē rege datū,q Thebis bello captis,cū urbis excidio imineret,edixit ut a Pindari penatibus,& eius familia ois uis bellica
De Atheniensibus. (abstineret.

BEroso ob uerissimas rerū pdictiōes statuā posuere Athenienses inaurata lingua.amplissimū Græciæ cōciliū eosdē Hippocrati,q̄s & Herculi honores decreuit.Antonio Musæ medico Romana ciuitas statuā Aesculapio proximā,ob
De Pompeio magno. (Augustū morbo seruatū.

CNeus Pompeius,q cū maior Augusti auūculus.C. Cæsar de summa rei armis disceptauit,cū clarissimā ex oriēte uictoriā reportaret ois liberaliū artiū pfessores Rhodi audiuit,auditos amplis mūerib⁹ donauit.Possidonij ędib⁹ Stoicę disciplię uiri tū forte ęgrotātis,eos submisit fasces,qb⁹ se tot⁹ criēs submiserat.

DE HOSPITALI IVRE. CAP. VI.

CVm multæ sint necessitudines,& multa uincula,& iura,qbus hō homini iūgit,nullū ppemodū maiore sibi religiōe sanxit uita,q̄ hoc q̄d hospitale uocāt,de q̄ tāta ab initio recepta est opinio,ut ad illud uindicādum Iouē e cœlo lapsū fabulata sit uetustas. qdā ex philosophię affectatorib⁹ cū de officijs(qbus magna ps uitæ cōtinet)dissererēt,oia cognatiōis,& affinitatis
De Loth uiro iustissimo. (iura,huic uni posthabēda cēsuere.

VIdenē mihi ij,q ita statuerūt,nō minus uitæ cōsulere,q̄ æqtati uoluisse.hospitali eñ iure sublato,nulla inter hoies eē poterit uitæ societas. uiderūt hoc alij sed oim maxime uidit,& custodiuit Loth uir iustissim⁹,q duas filias uirgines multitudini cōditiōe obtulit,si ab adolescentiū stupro abstineret,q ad se nup diuerterant,erāt hi cœlestes nūtij cū hoies crederenē.cæterū tāti fuit hospitalis illa pietas, ut unus oim sit cū tota domo seruatus,Sodoma ppinquisq̧ urbibus cœlesti flam
De Abraamo. (ma pariter cōsumptis.

FVit hui⁹ æqualis Abraamus,magno & ipse hospitalitatis exēplo hac pte censendus,q in Mābrea ualle ante tabernaculi hostiū sedēs,oēs pegre trāseuntes comiter inuitabat.meruit pia illa comitas cœlestes hospites,q̄s munific⁹ senex lacte pauit,butyro,& uitulina carne,paneq̧ cineritio,pedes lauit, deduxitq̧ offici
De Gabaonita hospite. (ose abeuntes.

MAgna & in Gabaonita hospite fides,qui ut Leuitæ hospitis sui coniugē ab corpis iniuria uindicaret,filiā intēperanti iuuenū cœtui,q hospiti iminebāt, ad stuprū obtulit,æquiore animo domesticā labem,q̄ alienam laturus.

De Siluestro Ro.pontifice.

NOn potuit Siluester Ro. Pontifex Timotheũ hoſpitẽ ſuũ ex Antiochia profectũ incolumẽ pſtare, qa Christiani eſſet fidei cultor. eo inuito, & dolente ad ſupplitiũ arreptus eſt, martyrioq̧ cõſumpt⁹. pſtitit q̃d potuit ſanctiſſim⁹ pontifex, extinctũ humi cõdidit, ac q̃ comiter uiuo hoſpitiũ detulerat, tã pie mortuo ſepulchrũ detulit.

De Gerbonio Populonienſi.

MVltũ præſtat q quantũ in ſe eſt, iniuriã arcet ab hoſpitibus, ſed plus oino q hoſpitalia iura ſuis rebus pfert, mauultq̧ ppriã domũ q̃ hoſpitẽ piclitari. uerum q ſeſe morti deuouet p huius incolumitate, is oim maxime ſpectãdus, quod Gerbonius Populonieñſis antiſtes fecit. q dũ ſuos ptinacius tegit hoſpites, q a Totila ad ſupplitiũ requirebant, ipſe barbari regis iuſſu, urſorꝫ laniatui obncit innoxius, q̃ res ruborẽ regi impoſuit in eum ſæuiendi, cui ſæuiſſimæ feræ pepercisſent.

De Gregorio Ro. pontifice.

NVllius in hoc genere plus ualuit ſtudiũ, q̃ Gregorij Ro. pontificis, qui cum ex foro, cõpitis, & tota urbe accerſeret q̃s pie hoſpitaret, Christum meruit ignoto habitu hoſpitẽ habere. nam ſic ille opinatus eſt, poſteaq̃ ex oim numero quos conuiuio admouerat, unus repente euanuit, uiſusq̧ eſt ſibi p quietẽ moneri æquũ & bonũ fuiſſe, ut q toties mẽbra cõuiuio admouiſſet, admoueret & caput.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMO

De Cimone Athenienſi.

PAri in hoſpites affectu fuit & Cimon Atheniẽſis, ſed aliud oino q̃ hic cuius nũc hoſpitalitas ſignata eſt, ſtudiũ ſecutus, is oia ad pietatẽ retulit, ille ad gloriã, & nois celebritatẽ. cæterũ quocũq̧ Cimon cõſilio id fecit, priuatos lares in publicũ uelut hoſpitiũ uertit, q̃d iuxta ciuibus, pegriniſq̧ pateret, pdiorꝫ fructus oibus legere uolẽtibus pposuit. nullũ fuit tempus q̃ nõ hoſpitalitati indulgeret. eſt pinde & a Cratino diuinus, & in hoſpites officioſiſſimus hoim iudicatus. & Crytias tyrãnus cũ Scopadũ diuitias ſibi optaret, & uictorias Ageſilai adiecit Cimonis liberalitatẽ. Atheniẽſis ciuitas (q̃d ſatis cõſtat) publicũ illud in hoſpites ſtudiũ tota Græcia celebratũ, Cimonis munificentiæ tulit acceptum.

De Lycha Lacedæmonio.

FVit & Lychas Lacedæmonius hoc clarus noie, q in gymnicis agonibus peregrinos Lacedęmonẽ abeuntes comiter excipiebat, benignoq̧ fouebat hoſpitio.

De Troezenijs.

SEd exẽpla hęc priuatorꝫ, illud uero publicũ, & omi æuo duraturũ, eo q Medicis tpibus Troezenij Atheniẽſium uxores, & liberos metu hoſtiũ patria eiectos in urbẽ accepe, acceptos publica pecunia abluerũt, edictũq̧ eſt ut pueri unde uellẽt, impune ſibi fructus legerẽt.

De Iubio Paciaco Hiſpano.

NEc Iubij Paciaci Hiſpani fides parũ memoranda, cuius opa, hoſpitaliq̧ affectu octonos menſes. M. Craſſus profunda ſpelunca latuit in extrema Hiſpania, quo tẽpore pater eius, & frater a. C. Mario ciuili bello interfecti ſunt, ipſe celeri fuga delatus cum. x. comitibus in altã ſeſe ſpeluncã illatebrauit. hic non ſolum tutus fuit Iubij ſilentio, ſed benigne etiã cultus, ut nõ modo cætera corpori neceſſaria non defuerint, ſed ſuper fuerint etiam omnium uoluptatum inſtrumenta.

De Pacuuio Campano.

ACcepit hoſpitio Annibalẽ Carthaginienſiũ ducẽ Pacuuius longe princeps

Cāpani nois. cuius filius Romanis gratificaturus Pœnū hospitē sup cœnā interfi cere cogitauit, peregissetq; haud dubie ferox iuuenis audax facinus, nisi paternis pcibus, & lachrymis uictus (placuit em cū patre priusq; conuiuiū inireī id cōsiliū cōmunicare) pposito abstinuisset. potuit ille excidiū, qd Cāpano nomini iminebat, sua dextera redimere, nisi pluris hospitalē patris sui fidē, domesticorūq; lariū psentiā, q tanti hospitis cæde erant polluendi, q patriæ ciuiūq; salutē fecisset.

DE PROSPERA FORTVNA. CAP. VII.

FOrtunā nil aliud esse philosophoꝝ quidā arbitrati sunt, q inopinatum rei euentū. nec his multi numero assensi sunt. sed multo maior pars hoim longe aliter opinata est, esse fortunā deā quandā, cui potestas sit res humanas ad libitū uertēdi, q cæca sit, uolubilis, incōstans, casu gaudēs nō rōne, desperare incipiētib⁹ sæpe arridēs, secūdis reb⁹ infesta. & stulta mortalitas circa hęc caligat, cū multo æquius queāt oīa, q fiūt ad diuinā puidētiā referri. uerū qn ita psuasum est, ut magna sit uis fortunæ in utrāq; partē, qbus hoim maxime obsecuta dicaī, breuiter cēsendi sunt.

De Mose.

NEfas sit (reor) nefas & impiū ea, q in Mose euenerūt, cæcę sorti, fortunæq; uoluminibus, nō diuinæ uoluntati imputare. sed siqs uulgo temere accesserit, nonne nouū putet, & inauditū, deā, quā stulti fingūt, tam nouū lusisse ludū? Infans Moses pua inclusus cista, & in Nilū pięctus, cū sine spe ulla salutis uehereī, Crocodilo, cæterisq; belluis id flumē natātibus pdę esse potuit. cęterū suo uagitu proditus, a regis filia, & cœtu puellarū cū plausu excipiī, fitq; regiæ domus alumnus, mox regni successor destinatus. ex seruo ingētis exercitus impator factus Aethiopicū bellū cōfecit. eundē, ut incōstans est, & uaria, repudiauit, repudiatū exilio dānauit, damnatū restituit, suęq; genti uindicē, ducēq; designat. in asserenda libertate p medios fluctus pelagi pedestrē ducit exercitū, p deserta & inculta loca alit. ingētes hostiū exercitus inermis fundit. legib⁹ populū instruit. sed q hæc fortunę opa credit, cū Leucippo delirat, q cœlū & oīa, q cœlo teguntī puidētiæ ademit.

De Dauide.

AN & Dauidi parū indulsisse dixerit, uan⁹ hic uanissimæ rei cultor? q ab ouiū pastione accersit⁹, Rex inunctus est ex tot fratribus, minim⁹ natu, aut q pene puer Philisteū imani statura uirū, quē oīs Iudæa formidauit, uno ictu ex puocatiōe pemit, q Saulū regē sibi isensum bis cædi opportunū habuit, cū hoste nūq; infœliciter cōflixit, q regnū furto ademptū breui recepit, inoffensaq; uixit ualitudine ad extremū uitæ, pleq; nūerosam reliqt, & ex ea regē ex sentētia designauit, ut posteritatis etiā securus moreretī.

De Solomone.

SOlomon, q regnum p manus ab illo accepit, pter affluētes regni opes, sapientia humana oēs alios antecelluit mortales. ad quā cognoscendam ab extimis terris reges uenere. Templū oim, q in terris fuere, augustissimū cōdidit, cōditum dedicauit. multa tam pie q sapienter scripsit, obiitq; grandis natu, liberis, & regno incolumi. sed prouidentiæ sunt hæc, q prophanū uulgus mauult fortunæ fuisse.

De Aiotho, & Gedeone.

BReuior fortunæ cursus in Aiotho, & Gedeone. cæterū uterq; suo conatu fœlix. Hic q tres ualidissimas gentes, quæ Iudęæ hostiliter imminebant cū modica subitariorum manu præter spem omnium nocte una afflixit, Ille q seruitutis

iugum ex suorum ceruicibus excussit, Aegelone Moabitarum rege tyrannidē in Iudæos exercente ex occasione interfecto. Maior Bruti fama q̄to scilicet Roma maior, q̄ una Iudææ pars trans Iordanē sita. Cæterū huius indoles maior, & fœlici or euentus. Ille cū multis Cæsarē pemit, hic solus. libertatē Brutus retinere nō potuit, Aiothus retentā ita stabiliuit, ut ætate una ipsi genti incolumis manserit.

De Theodorico Gothorum rege.

COntigit & Theodorico reginō uulgaris fœlicitas. fuerunt hi Christiani nominis, & si Arriana labe infecti. is Italiæ imperio potit⁹ uix tam fœliciter est terram ipsam adeptus, q̄ pacate postea annos. lx. & amplius possedit.

De Nicolao Ro. Pontifice.

ESt etiamnum recens exemplum, quod patrū memoria accidit. Nicolaus pontifex maximus, Serzanæ in Hetruscis ortus, unius anni spacio per tres supremos dignitatis gradus magno fortunæ, sed uerius prouidentiæ suffragio, ad pontificatus maximi fastigium euectus est.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Homero.

MVlti fortunæ indulgentia fœlices habiti. & si nemo uere fœlix fuit un q̄. cæterum alius alio successu usus est. Quo fit ut non solum quæ bello geruntur censenda sint hac parte operis, sed quæ in reliqua etiā uita prospere euenerunt. nam (si Poeticen spectes) Homerus non solum fœlix est habendus, sed oīm in eo genere fœlicissimus, siue opis fortuna, siue materia ęstimet.

De. M. Tullio.

SI linguæ uis, & dicēdi facultas spectāda est, cui fando unq̄ contigit, ut non homo, sed eloquentia loqui crederetur: non hoc Pericli tam etsi fulgurare, & cie re tonitrua sit dictus, non Hyperidi, qui Pericli proximus eloquentia floruit, non demum ipsi Demostheni, quem dicendi ui nullus potuit ęquare. unus. M. Cicero fœlicitate quadam adeptus est, ut eius nomen pro eloquentia in ora hominū abierit. is dein Catilinam urbe expulit, Antonium proscripsit. Agrariam legem abrogauit, & q̄ oīm fœlicissime illi contigit, latinū sermonē non auxit solū, sed longe etiā lateq̄ propagauit, q̄d multo pulchrius fuit, q̄ si Romanū auxisset imperium.

De Agesilao Lacedæmonio.

AGe nūc, & q̄n de artiū successu in diuersa pte opis sua erit relatio, ad ea reuertamur, in q̄bus mortalitas sagacius fortunā expēdit. q̄ adeo in bello indulsisse credita est Agesilao Lacedæmonio, ut Critias Atheniensiū tyrannus inter pauca, quæ sibi optare sit solitus, Agesilai uictorias oīm impensissime optauerit.

De Alexandro magno.

MAior Alexādri fœlicitas, imo oīm maxima in re bellica, q̄ pene puer in domanda Græcia adeo Philippū patrē iuuit, ut Macedonū primus in sacram Thebanorꝫ opibus fractis, oēm Græciā ad imperiū retraxit, in Asiā trāsgressus tri plici plio Persarū regnū, q̄d tū maximū fuit in terris euertit, ac pene plura ppetuo uictorię cursu subegit regna, q̄ cæteri duces urbes. & q̄d oīm, psperrimū fuit, triū prope annorꝫ spacio ab Europæ limitē ad Gangē Macedonica promouit arma.

De. C. Cæsare.

PAr fœlicitas in bello contigisset & Cæsari dictatori, ac nescio an maior etiam

nisi ciuilis belli nefas, decus alibi partũ ad extremum deturpasset. nullus impator sæpius collatis signis dimicauit. nullus ꝓsperius ad centũ millibus pduellionũ bis una die cæsis. nullus ferociores uicit gẽtes, Europã cæde domuit, Aphricã cõsilio (Asiã celeritate.

De Pompeio.

GNei Põpei ꝓxima fœlicitas, de oibus terris triũphauit, Aphrica, Asia, & Europa, añ impator q̃ miles, pri⁹ triũphalis q̃ senator, aut cõsularis. nullus Romanoꝝ ducũ de tot gentibus uno die triumphũ egit. nullus Ro. ducũ uictor tot percurrit terras. mille castella ex hoste cœpit, urbes octingentas parem nauiũ numerum. Sed præclarũ hunc fortunæ cursum, ciuilis belli infamia fœdauit, q̃d extremo uitæ tempore gessit, aut quia uoluntariũ fuit, aut certe quia non necessariũ.

De Scipione Aphricano.

INdulsit & Scipioni non parũ imaginaria hæc potestas, quã sibi stulta mortalitas effinxit. is cum per ætatem adhuc magistratum capere non posset, extra ordinariũ imperiũ adeptus, quatuor Carthaginiensium duces, & totidem exercitus Hispania expulit. omne Hibericũ nomen, quod Punico cesserat imperio, ad Ro. nominis obsequium retraxit. mox & Aphricam adeptus, nocte una bina castra, binosq̧ deleuit exercitus. Syphacẽ regem Romani nominis hostem cœpit. Carthagini castra admouit. Annibalẽ ex Italia reuocatum, & ad Zamam ingenti prælio uictum ad eam desperationẽ compulit, ut qui fax belli, duxq̧ ab initio fuerat, petendæ sit pacis suis ciuibus impulsor uerius q̃ author factus.

DE SVBITA MVTATIONE FORTVNAE. CAP. VIII.

SApiẽter fecisse uideri pñt, q fortunã uolucrẽ, cæcã, uariãq̧ finxere. nihil certe hac una (siqd illa est) inconstantius, nihil magis uariabile. nunc blanda, & indulgens, nunc sæua, & infesta. nec ullis infestius irascit̃, q̃ quos indulgentissime fouit, fitq̧ ex matre subito nouerca, ex nouerca mater. nec si quæratur causa alia reddi possit, q̃ q ita libeat, q̧q̧ incertæ sortis sint res humanæ. circũscribit tñ sese stulta mortalitas, prudẽtiãq̧ reputat suã, tãq̃ hõ semp sapiat pſertim in rebus subitis, & inopinis, in quibus ne sapientes quidem satis sibi sapiunt.

De Mose.

NAm qs p deũ Mosem nõ sapientẽ arbitret̃: tñ cũ talis esset, post Aethiopicã uictoriã, cũ luctũ & terrorẽ, q Aegypto imminebat, in hostes uertisset, aleretq̧ iã certã spem regni p successionẽ indipiscẽdi, repẽte sunt illi oia mutata. perierat nisi fuga solũ uertisset. estq̧ repẽte ex duce exul factus, ex successore, infestissimus. pauit ꝓinde alienas oues diu in Troglodytice. reuisit demũ iacentẽ fortuna, sed ꝓuidẽtia ueri⁹ dixerim. & q nup seruiebat, ut par regi obijcit̃. q oues ꝑ̃sabat, sexcẽtis hoim millib⁹ pficit̃, q uni Batueli erat not⁹ apud oẽs, oibus fit gẽtib⁹ illustris. & demũ q sue erat libertatis indigus, fit alienę assertor. Vsq̧ adeo uis hęc (q̃cunq̧ est) oia hũana ꝑ̃sat, lętis tristia miscẽs, & lęta tristib⁹, nulla re magis q̃ uarietate gaudẽs, & q̃ nõ expectat̃, fere se ingruẽs.

De Israele.

FVit is, q tã uarie iactatus est ab Israele prognatus, in q̃ nescias maior ne sanctitas fuerit, an prudẽtia, est tñ nihilo secius humanaꝝ rerũ inconstantiã expertus. Nam cum opibus, & liberis Chananeorum esset longe princeps, orbatur repente filioꝝ charissimo. sequit̃ hunc luctũ dira fames. & q cæteris mortalibus opitulari erat solit⁹, ad alienas cogit̃ opes cõfugere, torquet lenẽ desyderiũ decẽ filioꝝ in

longinquã frumentationẽ ꝓfectorꝝ. addit̃ duplex luctus, & obsidis relicti, & alterius filij in suspectã terrã ablegãdi. & unius uiuax senectus tot modis torq̃bat̃, cũ & is, quẽ diu luxerat, & q̃bus demũ timebat̃ repẽte restituunt̃. eãq; terrã, quã nuper impẽsius horrebat, Iosippi cupidus natali solo ꝑtulit, in Aegyptũ cum tota domo ꝓfectus, ubi honorifice a rege acceptus, agrũq; ex sententia adeptus, in otio & (diuitiarũ affluẽtia extremũ uitæ tẽpus exegit.

De Iob.

QVid magis subitũ esse potuit, q̃d minus euitabile, q̃ cũ subita domus ruina cohortẽ illã obruit filiorꝝ unius senis, & si iusti, & innocẽtis, hũanis tñ casib⁹ obnoxij: secuta est, iumẽtorꝝ, pecorꝝ, frugũ calamitas. Accessit erumnarꝝ cumulo fœdissima tabes corpis, & putrescẽtis dira mẽdicitas, ut ex oim nup florẽtissimo, miserrimus haberet̃, sed q̃ pcipiti lapsu corruit, tã celeri recursu oia, q̃ amiserat, re (cepit.

De Dauide.

ET ut clara noia sępius repetant̃, nam sic melius q̃ si obscura ponerent̃. Dauid rex ab exilio in regnũ uocat⁹ est. Regio deturbatus solio iterũ fit exul. electo & extorri, ac sibi ipsi diffidenti, eadẽ illa fors inconstãtiæ alũna diadema restituit.

De Ioa.

PAri ludibrio, sed cur non ꝓuidentia potius dicat̃? Ioas cũ increpundijs esset, omi uirili stirpe Dauidicæ gẽtis crudelissimo Athaliæ imperio uno die extincta uita donatus est, regno spoliat⁹, puer tñ adhuc regnũ recepit, receptũ turpiter amisisset, nisi illud aliquãto turpius omi regia gaza fuisset ab ęo redemptũ. Ad postremũ, ferrũ, q̃d infans aliena effugit solertia, sua ipsius effugere non potuit.

De Gregorio septimo.

GRegorius septimus, q̃ ita fregit Henricũ tertiũ, ut brumali tpe nudis pedib⁹ ad se ire coegerit, in Adriani molẽ metu cõpulsus, Romã uidit a Normanis incẽsam, & Clemẽtem aduersus se pontificẽ creatũ. Postremo ne in urbe quidẽ, ubi dignitatis fastigiũ fuerat adeptus, cõtigit mori. nullus Romanorꝝ põtificũ maioribus est fortunæ fluctibus iactatus, nullus susq; deq; magis utranq; uicẽ ꝑtulit, ut ꝓuidentia factũ uideri possit, q̃ ad humanæ uitæ exemplũ fortuna, & uirtus in (uno cõponerent̃.

De Sarra Columnio.

SVbijciã his, q̃ uetustiora sunt, duo recẽtis memoriæ exẽpla. erat Sarra Colũnius facile princeps Romanæ ciuitatis, authoritate, opib⁹, sobolis pstantia. quippe cui duo erant filij in supremo antistitũ ordine collocati, gestabãtq; puniceũ galerũ. q̃d uix duobus alijs datũ facile reperias. & cũ is ita opibus, & dignitate floreret, subito fortunæ reflatu ueriusq; Bonifacij insectatiõe (fuit is Ro. põtifex huius nois octauus) repẽte afflict⁹, filios dignitate priuatos, & in ordinẽ redactos uidit, castella circa urbẽ suæ ditiõis direpta & incẽsa. Ipse hostis iudicatus, & a pdonibus capt⁹ dissimulata psona seruitutẽ maluit seruire, q̃ fateri qs esset. Reuisit eum fortuna, ac Massiliæ agnitus, redẽptusq; a piratis, cũ modica manu in Italiã reuersus pontificẽ incautũ opprimit, in uincula cõijcit, coniectũ luctu, & pedore carceris cõfecit. princeps locus recipit̃, restituunt̃ filij, opes amplianẽ, maiore ne fortunæ ludibrio, an obsequio, ne ipse quidẽ expedire potuerit, qui p hæc exercitus est.

De Ludouico Sfortia.

VNo uictus prælio Ludouicus Sfortia florentissimo excidit principatu, Sed uix tam celeri desperatione cessit, quãta paucis inde mẽsibus uirtute, & in

dole Mediolanũ,& circũiectas urbes recepit, exercitũ instaurauit, Gallos ꝑculit, eratq; iam uictor,cũ recẽtior uis multo priore infestior in hostiũ potestatẽ deiecit, subita militũ defectiõe ꝓditũ,ut in tã breui successu ampliat⁹ a fortuna dici possit, (nõ adiutus.

De Neapolitano regno.

SEd nulla unq̃ scena tã uolubilẽ egit fortunã, q̃ sese ipsa his paucis annis spectandam præbuit in Neapolitano regno. Tradidit Ferdinandus senior regnũ per manus Alphonso iuniori.is eodem anno, quo regnare cœpit, Gallorum metu regnum Ferdinando filio reliquit. Galli,qui Caroli octaui ductu bellum intulerant,Ferdinando eiecto omnia occupant.Carolo abeunte intra annum Ferdinandus Neapolim cum regno recipit,receptũ moriens Federico patruo tradidit habendum.is a Ludouico rege,qui Carolo successit pellitur. Galli demũ ab Hispanis,qui ex fœdere in regni partem uenerant,non uno prælio uicti Caieta nouissime deijciunt,& per hæc fortunæ uolumina pene plures numerant reges, q̃ anni a maioris Ferdinandi interitu ad Hispanorũ uictoriã. q̃ rerũ inconstantia fecit, ut iam sit illud in ore multorũ, esse Neapolitanũ regnũ asino perq̃ simile, q̃ clitella cũ sarcinis deiecta sistit cursum,& agasonem respicit,onus iterum subiturus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

ET hæc nostratia,q̃q̃ interim pauca,nã nulla in re pluribus abũdamus exẽplis,uerũ sint hęc licet nõ pauca. Ethnicorũ tñ ut in cęteris uberior erit materia,q̃ nõ solũ fortunã aliqd esse crediderũt,sed cõsecrarũt etiã, templũq; huic unus ꝑpotẽs populus nõ uno loco statuit. sed cur statuere nõ debuit (maiorũ uanitate imbutus?

De Seruio Tullo.

SEruius Tullus,cui regnũ incidit in ipso urbis primordio,nulli deorũ tulit acceptum ꝑterq̃ fortunæ, q̃ ex Seruo regnũ esset adept⁹. sed cui potius referre potuit hõ in Cimmerijs ortus tenebris? ex serua seruus natus,diadema tulit. excussit id insigne illi subita fortunæ mutatio. solio deiectus præceps ex curia agitur, crudeliter interficit,& q̃d oĩm atrocissimũ fuit,filia p iacentis corpus egit currum.

De Lucio Metello.

LVcius Metellus,q̃ qndecimuir fuit,Magister equitũ, bis cõsul,Pontifex maximus,primus elephãtos in triumpho duxit, cui decẽ illa ornamẽta affuerũt, q̃ fœlicissimo ciui,ciuitate fœlicissima pñt cõtingere. fuit enim strenuus bellator, orator optimus,impator fœlicissim⁹,maximas res suis auspicijs gessit,summis honoribus usus,insigniter sapiens,senator ornatissimus,pecuniã honesta ratiõe q̃siuit ingentẽ,plures liberos reliquit,clarissimus fuit in clarissima ciuitate. Cęterũ ne fortuna cum uno semp eadẽ esset,hunc fœlicitatis cursum subito reflatu dãnauit, priuauitq; hominẽ luminibus,ne nõ his tantũ, quæ in eum indulgẽter cõtulerat, bonis frui posset,sed etiã ut luce illa,& splendore,in quo uiuebat priuaretur.

De Fustidio Senatore.

PRoscripsit.L.Sylla Fustidiũ senatorẽ,seruatusq; est magis casu,q̃ hoĩm cõsilio.idẽ postea annos sex & triginta a fortuna ampliatus in Antonij Lepidi,& Octauij ꝓscriptionẽ incidit.& q̃d ipsi sit fortunæ magis inuidiosum,constat tum demũ proscriptũ,non quia hostis esset,sed q̃ priore proscriptione seruatus.

De.P.Ventidio.

LVsit in.P.Ventidio fortuna,lusitq; ad derisum usq; mortalium,& uitæ huius

ludibriū. Ventidius bis puer duct⁹ in triūpho est, ideq́ primus Romanorū ducū de Parthis triūphauit, & q mulio fuit a principio, mox inopem iuuentā in caliga egit, dux fact⁹ eā gentē bello fregit, q̄ una oim ad orientē solē Romanos fregerat

De .L. Fuluio Tusculano.

Mirabit̄ ois posteritas, nec fortassis sit fidei accessura, φ un⁹ aliqs de ea ciuitate triūpharit, cui⁹ ciuis, & cōsul eodē anno fuisset. L. Fuluius Tusculi natus, & ciuis, & cōsul, cū ad Romanos quadā de cā trāsiuisset, eadē dignitate suffragio populi ornat⁹, Tusculū ꝓuinciā extra sortē adept⁹, tā fœliciter rē admīstrauit, ut Romā triumphās reuersus sit, nouitate exēpli magis q̄ uictoriæ magnitudine ad (conatus. posteros nobilis.

De altero Metello.

Metellus q fuit eius Metelli nepos, de quo insignis fuit capitis huius relatio a Catinio Labeone Tribunoplebis uiolenter ad supplitium raptus, perijsset haud dubie, & ignominiose admodū eo consilio a Tribuno arreptus, ut ex Tarpeia rupe præcipitaretur, nisi filiorū occursu Tribunorūq́ intercessiōe ægre impetrata periculo subtractus esset. cæterū hic q tā atrociter tunc periclitatus est, ex uictoria nō ignobili, Macedonici cognomen tulit, ac uita defunctus a quatuor filijs est rogo illatus, uno prætore, tribus cōsularibus, duobus triūphalibus, & uno censorio. sed uix in hoc tantū boni, quantum iniuria illa contumeliæ. q̄q̄ si paria sint, comparenturq́ bona malis, nunq̄ tamen hæc cum illis equilibrium facient.

De Augusto principe.

Quam indulgēter, & in q̄ multis sors hæc cū Augusto principe egerit, popularis illa Ro. ciuitatis acclamatio indicio est, in noua principū creatione, ubi in bonū omē sæpe est repetitū fœlicior Augusto, Traiano melior. sed in hoc q̄q̄ magna cēsentur fortunę uolumina, nondū .xx. natus annos, cōsul fuit, Imperator ductauit exercitū, Maioris auūculi cædē ult⁹ est ad satietatē, grauissima bella, Mutinēse, Pharsalicū, Siculū, Perusinū, Ambraciū, Aegyptiacū, & Cātabricū, ex sententia cōfecit, Ianū tertio clausit, terrarū orbis regimē ad se receptū, ad extremum uitæ pacatissime rexit, & hæc blandiētis fortunæ. Cæterū hæc eadē tā sæpe est & atrociter aduersis interpolata, ut difficile sit iudicare an mortaliū q̄q̄ fuerit illā uolubiliorē expertus. uicit ille ad extremū oibus bellis, sed sæpe interim exagitat⁹ est. bis maris sæuitia classibus exutus. Italiæ fames uni imputata, inimicorū cōiurationes, filiæ, & neptis publicata adulteria, legionū cædes, amicorū suspitiōes, infœlicitatis argumēta tā multa ꝑter hæc & magna, ut difficile sit iudicare fuerit ne alternatio rerū, & inconstātia subscribētis fortunæ an blādiētis, q̄ leua dulcissimos fauos manu ferret, dextera absynthiū.

De Populo Romano.

Tot undiq́ huiusmodi sese ingerunt exempla, ut nisi modus adhibeatur, difficile sit exitum inuenire, sit itaq́ satis ex domesticis hæc posuisse, quibus contenti esse potuimus, nisi unum superesset dignissimum relatu, quia sit publicum. Etenim quando unq̄ magis uarie lusit cæca, & improba fortuna, q̄ secundo Punico bello? q̄ rem Romanam, quā ad Ticinum perculit, ad Trebiam fregit, prostrauit ad Trasimenum, ad Cannas afflixit, iacentē, & proculcatā ad Nolam suscitauit, in Hispania erexit, ad Metaurum restituit, ad Zamam uictricem declarauit. accidit sane, φ nullo unq̄ bello, ut propiores fuerint periculo, qui demum uicere.

SEPTIMI EXEMPLORVM LIBRI FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER OCTAVVS.

DE CHARITATE ERGA PATRIAM. CAP. I.

PLato uir summus, & ueritatis amicissimus, nullam in terris maiorem esse charitatem arbitratus est, quam quae cum patria est unicuiq; nostrũ. haec parens, haec nutrix oĩm, haec artibus, opibus, disciplinis instruit, dignitatib⁹ ampliat, omnia ad suorum ciuium cõmodum, & ornamenta refert, amat haec, & uult ipsa amari, tuetur suos, nec uult negligi. & ut breuiter dicam paria a ciuibus exigit officia, quod cuiq; nostrum praestat, suo iure repetit.

De Dauide.

QVale hoc sit, aut quantũ, q̃d patriae debeᷓ, uidit sagaciter fortis, & sapiẽs Dauid, & q̃d magis mireᷓ aliq̃s non dũ ex ephebis egressus. q nõ solũ ꝑ patria, sed ꝑ uniuersa gẽte, & si amicis dissuadẽtib⁹, imo deterrẽtibus Philisteo imanis staturae uiro sese obtulit, cũ q̃ Iudaeorũ nemo audebat ex ꝓuocatione cõgredi. subijt id certamẽ adolescens certo cõsilio, ut ꝑ suorũ salute aut caderet, aut pestẽ illã imanẽ tolleret. stetit ꝑ tãta indole nõ tã robur corpis, q̃ cœli ꝓuidẽtia. uicit, q alioqui uincẽdus fuit, & q casurus descẽdit in certamẽ, uictor ad regiũ est fastigiũ seruatus.

De Aiotho.

NEc Aiothus (q̃n in claris noĩbus oĩs exẽplorũ ratio sita est) Aegelonẽ Moabitarũ regẽ solus adortus esset, nisi patria illi fuisset charior uita, aedidit itaq; caedẽ tã insignẽ, q̃ ad libertatẽ uindicandã utilẽ, uirtus hoĩs fiducia ingẽs, sed pietas multo fortius id facinus pegit.

De Esdra.

QVid Esdra q̃ & ip̃e fuit affectu erga patriã. q diuinarũ rerũ sciẽtia, & sanctitatis opiniõe Xerxi Persarũ regi insinuat⁹, primũ illud, nouissimũq; a rege petijt, ac tenuit, ut ad urbẽ, & tẽplũ instaurãdũ cũ suis popularib⁹ ex Assyria liceret in Iudaeã reuerti, maiore fortassis pietate cẽsendus, q̃ q urbẽ ip̃am cõdidit. ille suorum cõmodũ secut⁹ uideri põt, hic solius patriae. ille ut esset effecit, hic ut extincta reuiuisceret.

De Placidia Honorij Caesaris sorore.

IMinebat Ataulph⁹ Gothorũ rex excidio urbis a se captae, ut ea direpta, & euersa, aliã diuerso loco cõderet, q̃m Gothiã ꝑ Roma, Athaulphos, q i ea imperitarẽt ꝑ Caesarib⁹ appellaret, ut p haec oĩs Romani noĩs memoria intercideret. Caeterum p̃cib⁹ tẽpestiuaq; Placidiae cõiugis (erat haec Honorij principis soror) dissuasione, ꝓposito auersus tm̃ abfuit, ut dirũ id cõsiliũ sit execut⁹, ut instaurator urbis dici uoluerit, nõ euersor.

De Francisco Dandulo.

EXtat Francisci Danduli exemplum, ad posteros memorabile. quippe qui ut patriam ab ignominiosa Pontificis censura uindicaret, diu humiliter prostratus iacuit ad Clementis Ro. Pontificis mensam cathenis uinctus. sed patria cum eo mutua pietate certauit, suumq; ciuem tanto sublimius extulit, quanto ille abiectius se, & contemptibilius gessit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMO

De Aristide.

SEd in nulla gente, populoue plura huiusmodi affectus exẽpla reperire est, q̃ in Romana ciuitate, quae tantũ, ac nescio plus etiam exemplis ualuit, q̃ uetus

Græcia pceptis. Nam tā etsi Aristides uir alioqui iustissimus ab officio deflexit p patriæ salute, & Cratisdia Cleomenis mater, ultro p patria se obsidē, cū nepotib9 obtulerit, Midias, & Calliphron, Athenieses tā etsi exules, depcati fuerint excidium patriæ a Cornelio Sylla, sit & fama multo uetustior de Codro rege, qui ultro mortē p patria oppetijt, Romana tñ ciuitas maiora tulit, & plura iam hinc ordine (dicenda.

De Mutio Scæuola.

QVis unq̃ pro patria tantum ausus est, quantū Mutius Scæuola? qui sine spe ulla fallendi hostem, Porsenam Etruscorū regē ferro petijt, ut Romā seruitutis periculo eximeret. quid q consilio destitutus, atrociter in semetipsum sæuijt? ut rex illi iure iratus, sæuire desierit, supplitij atrocitate motus.

De Curtio Equite.

NEc ciuis ullus unq̃ securior mortis apparuit Curtio, q ut patria incolumis esset, prudēs, uolēsq̃ pcisa omī spe salutis, in pfundā sese uoraginē pcipitauit.

De Decijs.

CLara Deciorūq̃ nomina, qui eundem affectum secuti se caputq̃ suum dijs manibus deuouere, hic Latino bello ad Vesuuiū, ille Gallico in Sentinati agro, uterq̃ patriæ, Romanarumq̃ legionum, q̃ propriæ uitæ amantior.

De Sertorio.

QVid Sertorius? qui quo res suæ in Hispania lætiores esse, maioribusq̃ prælijs hostes uincere uidebat, eo impēsius a Metello, & Pompeio hostibus ducibus petere, ut positis armis liceret sibi tuto Romam reuerti, priuatum dictitans malle se iucundissimo patriæ aspectu frui, q̃ multarū urbium imperium obtinere.

De Pompeio, & Crasso.

MArc. Crassus & Pompeius, qa Capitolini Iouis oraculo psuasum habuerūt, ad rempub. ptinere, ut eo cōsulatu abeūtes quē discordi aio gesserāt, cū fascibus odiū, & simultatē deponerēt, in cōspectu Ro. po. inter se pacificati sunt.

De pluribus uno loco exemplis.

HVc spectat memorabilis Catonis exitus. M. Bruti. C. Cassij cōstantia, Fabritij cōtinētia, Curij pauptas, Camilli celeritas, huc ingens ille uirtutū comitatus, quarū alię in alijs fuere. qbus partū est Ro. imperiū, & auctū. alię ciuitates alio (successu creuere, sola Roma uirtute creuit.

De Agesilao.

REuocat nūc stilū ad se uetus Græcia, & ipsa exēplorū nō insęcūda. Agesilaus Lacedæmonius, q̃ nullus Græcorū ducū maiorē ex re bellica laudē reportauit, qcquid sibi gratię ab externis gētibus, aut a ciuib9 debebat, id omē in patrię (q̃ illi charissima fuit, usū, & ornamētū ptulisse dicit.

De Themistocle.

NEc Themistocles nisi oppido patriā amasset, tam enixe elaborasset, ut is, qui suffragio populi parum idoneus dux creatus esset, parumq̃ reipublicæ utilis, pecunia corruptus, ultro sese imperio abdicarit.

DE PRINCIPVM DILECTIONE IN SVOS.

CAP. II. De Mose.

NIhil amabilius est miti & benigno principe, nihil ad urbiū, populorūq̃ tutelā, & salutē cōducibilius. Nam qd p deū optabilius est, q̃ ut ij, q po testate, & dignitate pstant, tantū suis pdesse uelint, quantū opibus, & gratia ualent? perierat omīs Iuda in deserto diuino cultu aberrās, nisi Moses prin

ceps gentis & dux, excidium, quod ipsi genti imminebat, esset a numine deprecatus, fauoremq; diuinum a populo alienatum precibus impēsis reuocasset. q nisi plurimum dilexisset, tam grauis culpæ deprecatorem se nunq̄ obtulisset.

De Helia propheta.

HElias prophetico spiritu inter suos longe princeps, cū cœli inclemētia oīa laboraret (totū eñ trienniū nihil e cœlo pluerat, ac iā prope erat, ut terra uictū negante, fame, & siti animalia interirent) impensissime deum precibus fatigauit, suorum calamitatis misertus, tenuitq; precādo ut sua sit temperies terris reddita.

De Hestere.

INuenit sibi facile locū inter tot illustria noīa Hester mulier. Cæterū eadē gente orta, quæ cum Artaxerxis edicto in cuius pellicatum fuerat recepta, ut omnes uno die Iudæi toto ipsius regno ex cōposito interficerent, suæ gentis periculo cōmota, non leges, non regis edictum reuerita, quē prohibebat adire, nisi accersita, adijt tñ, suorumq; excidiū deprecata, non solū pij uoti compos facta est, sed Amanem etiā, cuius suasu, & impulsu fuerat id periculū Iudæis conflatū, in eam sublatum crucem uidit, quā dirus satelles Mardocheo parauerat puellæ auunculo.

De Iora Iudæorum Rege.

IOras in dira obscœnaq; fame, cū ne a suis quidē partubus mulieres abstinerent fame adactæ, rei atrocitate, domesticaq; suorū clade pculsus, scidit sibi uestes a pectore, regiū nomen pertesus, publice testatus, multo impensius se dolere q ciuitas hostibus circumsessa inedia conficeret, q̄ q ipse cū suo regno periclitaretur.

De Christo.

SEd oīm exemplorum magnitudinē superat Christi regis optimi pientissimus affectus, q adeo humanū dilexit genus (erat eñ & ipse homo licet Theantropos) ut famem, sitim, æstus, frigora, peregrinandi, docendi, prædicandi labores tulerit, conuitia ad hęc & probra, & demum ne crucis quidem patibulum expauit, acerbissimum genus mortis, ut per hæc infœlix homo, qui sua culpa ruerat, in integrum restitueret. Benigni, & munifici principis est aurum, & argentū spargere populo. sed pro suis uitā effundere, nō solū munifici est, sed beneuolentissimi.

De Gelasio pontifice.

EXtiterūt in lōgissima Ro. pōtificū serie Christi imitatores oppido multi, & in his Gelasius, cuius pōtificat⁹ incidit in Theodorici regis tpa. is oīm qui unq̄ Barionæ sedē tenuerūt impensissime clerū dilexit, & ipse mutuo affectu ab oībus dilectus. q̄d eo magis mirū est, q̄ rarior innocētiæ & popularitati locus in summa (admistratiōe relinquit.

De Io. Particiatio, Veneto duce.

ABdicauerat sese ducatu in Venetis Io. Particiatius. consternata dein ciuitate Cādiani ducis casu, q in Narētanis cū tota classe uictus mortē occubuit. populi rogatu, tātisp dū nouus princeps crearet honoris insignia recepit, ne quā interim cladē adiret res publica. erexitq; hortatu, & p̄sentia sua, ciues mœrore affectos. mox uero ubi nouus est dux in demortui locū suffectus, ultro sese in ordinē redegit. docuitq; p̄clare, ut pdesse possis tuis, nō p̄esse, publicos honores expeti (oportere.

De Paulino Nolano Antistite.

PAulinus Nolanus Antistes omnem suam Vandalicis temporibus pecuniam consumpsit in Nolanis ciuibus redimendis, qua defectus seipsum in man-

cipium hostibus dedit, ut uiduæ filius restitueretur. sed fœlix seruitus, quæ nõ solum propria ipsius sit libertate, sed suorum etiam ciuium donata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM De Publicola.

FVit & in cæterorũ hoĩm multis, hic in suos insitus a natura affectus, ut Valerio Publicolæ, q ex ea re sibi cognomẽ inuenit. is nocte una domũ demolit⁹ est, quã in Velia pte urbis paulo eminẽtiore ædificabat, qa ciuib⁹ nõ placeret, suis orphanis, & uiduis tributũ remisit. Cõsul fasces submisit, Ro. po. leges tulit, qbus Ro. est libertas stabilita. facile ꝑinde cõsecutus, ut tã charus fuerit populo, q̃ charissimorũ alius. par decus cũ Bruto adeptus in morte, cuius in libertate asserenda adiutor fuit, nomen uero omnino maius, quia populare.

De Cimone Atheniensi.

CImon Atheñ. nõ solũ suos dilexit ciues, sed humani etiã generis beniuolentissimus fuit. is suos agros, & pomaria ciuibus, & peregrinis cõmunia ꝓposuit. si quẽ ꝑterea grandẽ natu intuitus esset, trita, aut sordida ueste amictũ unũ aliquẽ ex suis assectatoribus, q̃s ad hoc ĩpm honeste cultos circa se habere cõsueuit, iubebat cũ eo ueste cõmutare. erant & qbus negotiũ iniũxerat, ut pauperibus, & egenis occulte pecuniã subministrarẽt. qua in suos beneficentia cõsecutus est, ut Comœdiæ testimonio, diuinus sit homo appellatus, omniũq; græcorũ optimus.

De .M. Crasso.

TAlis ac nescio an maior etiã in eo genere apud nostros. M. Crassus, q epulũ dedit Ro. po. & tres minas uiritim, nulli ciuiũ suũ patrociniũ nõ libẽs impendit, nullũ in uia nõ resalutauit. fecitq; unus oĩm popularẽ auaritiã, ex qua nemo antea gratiã reportauit.

De Aphricano maiore.

SCipionis uero, q maior est Aphricanus appellatus, memorabilis uox illa merito est a multis celebrata, qua is sæpe in imperio usus dicit, malle se unũ ciuẽ seruare, q̃ mille hostes pdere.

De Tito Vespasiani filio.

TItus Vespasiani filius, imperio potitus, tam mitis in omnes, & clemens fuit, ut humani generis delitias, ciues, & peregrini appellarent. ferunt cum nihil cuiq; negaret, a quodam familiariter rogatus, ecquid putaret ne imperium tanti esse, ut omnia, quæ promitteret, præstare posset: tantum dixisse ferunt, non oportere quenq; a principis conspectu tristem abire.

DE PRINCIPVM SAEVITIA, ET CRVDELITATE. CAP. III. De Saulo rege.

NVnq̃ hõ lõgius a se recedit, suæq; naturę magis obliuiscit̃, q̃ cũ irascit̃. hic demũ affect⁹ efficit, ut aial alioq nobilissimũ, ad mãsuetudinẽ, & clementiã natũ, multo sit feris similius, q̃ sibi ipsi, nõ ratiõis, nõ officij memor, irę dũtaxat indulgẽs. q̃ oĩm pturbationum sola, mentẽ suo loco dimouet, & agit ꝑceps. id cũ alijs nihil obscure accidit, tum Saulo, q primus rex fuit in Iudæa usq; adeo excãdescere solitus, ut nõ irasci, sed furere, & lymphari crederet̃. enimuero regia appellatiõe nup recepta, auditaq; ab aratro suorũ hoĩm legatiõe Hãmonitarũ iniuriã q̃rentiũ, bobus aratorijs, q̃s ꝑ se agebat succidit crura, edicto ꝑfatus fore ut sic nõ aliter disperirẽt, qcũq; sibi eo die ad Iordanẽ fluuiũ nõ ꝑsto in armis essent, eiusdẽ ꝑceps illud & sęuũ in filiũ Ionathã iudiciũ, implacabilis in Dauidem

iracũdia,in hostẽ ꝑtinacia,q̃ ne fatali quidẽ cessit necessitati. periјt tñ oĩbus multo (charior,q̃ uixit.

De Abimalecho.

SAeuior adhuc Gedeonis filius Abimalechus, q dira regnãdi cupidine septuaginta fratres crudeliter peremit,uno dũtaxat ex phalãge tã numerosa,ægre fugasubtracto.,pudẽtia(credo)id factũ.ut mentẽ tot furijs agitatã unus etiã uiuentis metus sollicitã haberet.ut ꝑ noctẽ furiarũ faces,interdiu ultricẽ formidaret fratris dexterã.

De eodem.

IDem Sichimitas,qa se urbe,& tribu eiecissent,incautos adortus agrestibusq; intẽtos opibus,sine sexus,& ætatis discrimine passim trucidauit. urbẽ ui captã diruit,sparsitq; in eius area salẽ ꝓ semine.ꝓfugos inde q uelut tutissimũ Asylũ tẽplum multæ religiõis occuparant,cũ liberis,& uxoribus circũdata lignorꝫ strue,(fumo,& æstu crudeliter necauit.

De Athalia.

QVid Athalia oim fœminarũ sæuissima? q̃ oẽm Dauidis stirpẽ sustulit,regnãdi cupiditate.nec impune.expẽdit crudelis mulier sui sceleris pœnas,in ĩpis q; tẽpli foribus,cuius cõdendi idẽ fuit,q & cæsę stirpis author multis uulneribus (cõfossa cõcidit.

De Herode.

HErodes uero nõ sæuus fuit solũ,sed impius, q tot millia puerorꝫ obtrũcauit, ut innocentẽ,& sanctũ intercipet partũ.dirũ facinus,atq; eo oĩmi sæuitia sæuius,q̃ lõgius ab eorꝫ ætate,q interfecti sunt,ois abfuit culpa,sed neq; rex ꝓpositum tenuit.& sanguis,q tum temere effusus est,in regiæ stirpis,totiusq; gentis ca(put redundauit.

De Vitoldo.

TVlit recẽtior ætas,exẽplũ sæuitiæ nõ parũ memorabile.Vitoldus Lituaniæ dux(fuit olim hæc Taurica Chersonesus,nisi multũ opiniõe fallor)hõ trucι,sæuoq; ingenio,si quẽ morti destinasset ursinis inuolutos pellibus canibus laniandos obijciebat,nunq̃ bellicis expeditiõibus nõ intentũ habuit arcũ,ut ordine ab errantem sagitta transfigeret. hanc in principe intẽperiẽ,adeo expauit gens alioq ferox,& mortis contẽptrix,ut multi eius imperiũ secuti,ultro sine carnifice uitam (finiuerint,ueneno,aut laqueo.

De Ecelino.

VErum hunc,& omnes Christiani nominis uiros crudelitate superauit Ecelinus,qui circa Taurisium,& in Euganeis exercuit tyrannidem,castrauit pueros,uitiauit uirgines,matronis ademit mãmas,prægnantium uteros exsecuit,partus exsectos in ignem coniecit,bissena Patauinorum millia,qui secum militabant audita Patauij defectione,ad unum interfecit,uictus prælio,uulnus,quod in pugna acceperat,rescidit,ut tam crudeliter,q̃ uixit moreretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Diomede,& Busiride.

SVnt in alienis gẽtib⁹ plura adhuc,atrocioraq; truculẽti huius affectus monumẽta,q minus in illis fuit q̃ in nr̃is hoibus ullus pietatis respectus. longũ sit(credo)& supuacuũ oia cõsectari.insignia placeãt. sic breuior erit relatio,& q̃ in ordinẽ ueniẽt,erũt scitu multo digniora.Iacebũt itaq; in caligãti uetustatis recessu,q̃ de Diomede,& Busiride sunt poetarũ fabulis adumbrata. non eñi monstra hoim sequmur,nam q̃ alio noie uocẽt is,q humanis carnibus quadrupedes pa(uisse dicit.

De Phalaride.

PEruetus est fama,& opinio ab omnibus recepta, nullum tyrannidem crude-

lius Phalaride exercuisse, qppe q exquisitissimis nõ cõtentus supplitijs æneo usus est tauro, q̃ miseri mortales inclusi, mugitus edere uiderenť, cũ medio cruciatu in gemiscerẽt. in q̃ illud minus crudeliter fecit, q tam mõstrosę machinę artificẽ oim (primũ inuẽto affecit supplitio.

De Cambyse rege.

MAgis ne sæuus, an demens fuerit Cambyses difficile dictu est, qui uictor nõ solum non hostibus parsit, sed ne dijs quidẽ, deorũue sacerdotibus. fratrem præterea, & sorores duas occidit, Apim bouem ferro uiolauit, ut non hominũ solum, sed & deorũ (ut stulta credit Aegyptus) contemptor, & hostis crederetur.

De Alexandro Pheræo.

SEd Cãbyses qa demẽs, aliq̃ fortassis sit uenia dignus. at Pherę̃ũ Alexãdrũ nulla posteritas nõ detestabiť, q uiuos obuersis inter se faciebus sepeliebat hoies, ursorũ, cæterũq̃ terribiliũ ferarũ pellibus cõtectos, & in q̃drupedes feras trãssiguratos, uenatoribus cõfodiẽdos, laniãdosq̃ canibus obijciebat, hastã, q̃ Polyphranem auunculũ pemit, sacrauit, festaq̃ p̃cinxit corona, ac tanq̃ deo cuidã sacrificauit, dignus eo cruciatu, q̃ uixit, q oia sibi infesta putaret, qa oibus esset infestissim⁹

De Tiberio principe.

VIcerunt omnes tyrannorum carnificinas Romanorum principum quidam. citentur obiter Capreæ, testabunturq̃ Tiberij principis truculẽtiam, quam in puero præceptor deprehendit, appellauitq̃ fimum cruore maceratum.

De Caligula imperatore.

QVid huius discipulus Caligula? an nõ satis nota est eius uxor? carnificib⁹ p̃cipiẽtis cũ sontes plectenť, curate ut sentiãt se mori. nec minus illud dirũ, & detestabile. optauit aliq̃n palã ut Ro. po. unam haberet ceruicẽ, q̃ uox nihil obscure testata est, q̃ pcessura fuerit feritas illa ingenij, si quantũ libitũ esset, sæuire licuisset.

De Domitio Nerone.

NEc mitiore fuit in suos aĩo altera fax humani generis Domitius Nero. is nõ in ciues solũ, sed in domesticos etiã penates exercuit tyrannidẽ. & q̃d oim atrocissimũ in eo fuit, patriã, q̃ eũ genuit, instituit, ad fastigiũ honoris extulit, hostiliter incẽdit.

De Domitiano principe.

SEd minus hic nocens, q̃ Domitianus, qui uacuã urbẽ reddidit omni nobilitate consumpta, ut prius sæuiendi materia defuerit, q̃ sanguinis facietas.

De Tamberlane.

SVperauit auorũ memoria cęteros mortales sæuitia Tamberlanes Scytharum rex. nullus hoim auidius humanũ sitiuit cruorẽ, si uera sunt, q̃ de eo ferunť. rogatus qñq̃ qd tantũ sæuitiæ indulgeret, & q nulli esset exorabilis, nullis p̃cibus flecteret? toruo aspectu, atq̃ excandescenti similis, respondisse dicitur, an tu me hominem putas, & non dei iram potius, ad hominum pernitiem in terris agentem?

De Pherotima Cyrenaica.

POssunt q̃ de Medeę crudelitate traduntur ob uetustatẽ fabulosa uideri, atq̃ de Pherotima Cyrenaeorũ regina, nõ p̃nt. Est em̃ recẽtior de his memoria, ac pptera minus cunctãter ponẽda. disposuit illa Cyrenẽsibus irata, miserorũ ciuiũ corpora palis defixa, circa muros urbis. mulierum mãmas uiolẽter auulsas in publico (suspẽdit.

De Parisatide Cyri Iunioris matre.

SEd qñ immanior fœmina, aut portẽtosior extitit unq̃ in terris, ingeniosiorue

in humanis corporibus cruciandis q̃ Parisatis minoris Cyriq̃ præter cætera sup plitiorum monstra, cōmenta est ratione, q̃ humana corpora gignerent sibi uermes, q̃s paulatim suis carnibus alerent, adultos, & ualidius in se grassantes ingenti cru ciatu ferrēt, quoad corpus miserabiliter consumptū, mortē lentius admitteret.

DE VLTIONE. CAP. IIII.

De Israelis filijs.

OMnis ultionis mater, est iniuria. soror ira. quo maior est, eo certe minus seruari pōt modus in ulciscēdo. hinc graues multæ, & memorabiles ul tiones, testes hoīs sæpe a rōne laborātis. nemo iratus nō uult tantum si bi licere, quantū libeat. q̃d nisi sic esset, cōtenti esse potuissent Israelis filij minore uindicta, q̃ ea fuit, q̃ usi sunt in ulciscēdo Dinæ sororis suæ raptu. Sichimitas po pulariter trucidarunt, cum ipse iniuriæ author tanti uideri potuerit, ut citra uim omnē puella repeteret, uel q̃a regis filius esset, aut q illius sponsus esse potuit.

De publica Iudæorum ultione.

PAri affectu, sed euētu adhuc tristiore, oēs Iudæorum tribus in Beniaminos co gnatos suos hostiliter, & uelut sacrata lege cōiurarūt ob Leuitę coniugē Ga bae ad stuprū raptā. dimicatū est sæpius acie aduersus totā gentē, cōsumptaq; de mum ferro est tribus una nobilissima. pauci admodū media suorum strage reuulsi in montiū deserta abierunt, p q̃s ægre extinctū propemodū genus est deinceps repa ratum.

De Tamneis.

DEspōderat sibi Samson Iudæorum fortissimus Tamneā cōnubio puellam. fue runt Tamnei in Philisteis. nupsit inde hæc haud inuitis parentibus procorum cuidā. ea uir fortis & iracundus contumelia accensus, uarijs Tamneos affecit cla dibus. quibus malis irata ciuitas, parētes, & puellam publice cremauit. hanc, quia nouo connubio indulsisset. illos, q nouis nuptijs non intercessissent.

De Dauide rege.

MAgnū illud & memorabile ultiōis exēplū, q Dauid rex Amalechitā hoīem uita priuauit, q Saulū regē, quē semp infensissimū habuit, interfecisset, ma gno quidē hoīm documēto, regiā maiestatē nō nisi a rege uiolari oportere.

De eodem.

PAri exēplo interfici iussit Banā, & Rechabū, q̃ Remnonis fuere filij. q̃a Isbo setum Saulis filiū dormientē pemissent, cum nihilo esset is in Dauidem paca tiore, q̃ pater fuerat animo. cæterum plus ualuit apud regem regum sanctitas, q̃ infensissimi regis iniuria, q̃ propria salus, qua nihil est homini natura optabilius.

De Cheldiberto Francorum rege.

CHeldibertus Francorum rex, ut materni aui cædē ulcisceret, Burgundijs bellū intulit. Sigismundūq; eius gentis regē, cū liberis, & uxore captū in pfundis simū puteū pcipitauit. interfecit & Almaricū Visogothorum regē, qui in Hispania late imperitabat, q soror illi connubio iuncta, ab eo indigna pateretur.

De Constantinopolitanis.

SEd nulla ciuitas i se ulciscēda, magis suo dolori, q̃ Cōstātinopolitana idulsit ci uitas. q̃ Andronico impatori (q̃a cū sorore stuprū patrasset, Alexioq; pupillo iterfecto imperiū aggressus, oēm ppemodū nobilitatē alios alia iniuria afflixisset) abrogauit primo imperiū, in ordinē inde redactum, altero priuauit oculo, asinæq;

auersum imposuit,bestię caudā pro sceptro habentē, pro diademate allioꝝ restē, p urbē inde circūuehit,uiris,fœminisq; in eū probra iacētib⁹,lutūq; & alia fœdiora dictu in ꝑtereuntē cōgerētib⁹.postrēo laq̄o pedēs uncis,& harpagonib⁹ est laniat⁹.multi ꝑticulā corpis unco adeptā nō solū attrectare,sed mādere etiā sūt ausi

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM
De Laurentinis.

MIserat Romā legatos Laurētina ciuitas.sūtq; hi cōtra ius gētiū uiolati, a.T.Tatij necessarijs.regnauit is cū Romulo.missi sūt inde q res more maioꝝ repeterēt,ut sontes ad supplitiū dederent.ualuit plus gr̄a apud Tatiū,q̄ iura hoim.sūtq; legati re infecta iussi retro abire.ꝓficiscūt nec multo post Romani reges ad solēne sacrū,Lauiniū.hic Laurētes ambos adorti Romulū, qa author fuerat iniurię uindicādę,ut iustū incolumē dimittūt. Tatiū regni consortē publicit⁹ trucidāt ut tyrānū,& hūani iuris cōtēptorē. De Atheniēsibus.

NOn tam bene odijs,q̄ armis bella trāsigunt,ea lege ut uicti melioribus pareant.At Samij modico quodā successu elati,Atheniensiū captiuos noctuæ figura inusserunt, publicā(ut credere est)eius ciuitatis religionē aspernati.est em̄ ea uolucris Mineruæ sacra.Athenienses contra(nam iniuria semper iniuriam parit)Samios bello captos nō noctua,sed Sameæ nauis signo deformarunt.

De Sertorio.

NVlla suoꝝ tēpoꝝ nouitate Romana ciuitas maiora tulit scelerū monstra, q̄ cū inter Syllā,& Mariū est de sūma rei in urbe,& foris dimicatū. nec in tātis malis uiderūt indigni⁹ qcq̄ miseri ciues,q̄ q Marij ꝑmissu seruitia (adeo creuerat eoꝝ licētia,qbus ille septus in urbē ab exilio redierat)ad libitū grassarent in ingenua Romanoꝝ corpa.quā Sertorius iniuriā haud ferendā ratus, & si unus Marianaꝝ partiū,facto in seruos impetu,ad q̄tuor millia eius generis in cāpo trucidauit

De Alexandro magno.

VLtus est & magnus Alexander læsam regū maiestatē,& memorabili quidē exēplo ꝓdidit.Bessus Bactriæ ꝑfectus,Dariū regē post Persicas opes triplici ꝑlio afflictas,uinctū letalit cōfodit.hunc Bessum in potestatē redactū Alexāder ut documento esset omni posteritati,duabus arboribus ex aduerso, multa ui in se a uertice inflexis religatū,dissectisq; repēte uinculis atrociter laniauit, cacuminibus sua ui corpus in diuersa distrahentibus. Disphendonē Græci uocāt id genus supplicij,a duplici fundæ excussione.In multa,& uaria exēploꝝ relatiōe poterat hic locus uberrime tractari,nā utinā sic uiuerēt,ut multo plures obliuisci uellēt iniurias,q̄ ulcisci,sed nobis modus tenendus est,ne institutæ breuitatis uideamur (obliti.

DE PAVPERTATE. CAP. V.

PAuptas,nullis nisi inuitis,& recusantibus grauis, & indecora, qn ad bene,beateq; uiuendū multo aptior,q̄ largę,& affluētes diuitiæ. id cū ipse uitę usus facile demōstrat,tum sapientiū uiroꝝ documēta,q neq; habuerunt quicq̄,neq; habere uoluerūt,uel qa id tutius sit ad securitatē,uel q ad uirtu(tem aptius.

De Christi discipulis.

QVi uerę sapiētię cultores,& discipuli fuere,magistri optimi exemplū secuti, nihil habuerunt,pauperes hi erant cū sese illi adiunxerunt.sed mox pauperiores facti, aurum,argentum, & omnia præciosa aspernati sunt,tunica duntaxat

amicti,terrena ptesi,cœlū intueri.tenuis rerū facultas,potestas ingens,cœlestibus adhibita,ꝓlata inferis.

De Abraamo.

NIhil habuit Abraamus Anachoreta in solitudine pter catinū,& cilicinā uestē cū sago rustico.uixitq; talibus delitijs cōtentus,ꝙdiu in humanis fuit.id homini tutius,ꝙ si opes affluxissent,& ad diuinoꝝ meditationē multo habilius.

De Hilarione.

FVit & Hilarioni,cuius postea sanctitas illustrata est,pauptas fiduciæ.q cū adolescēs adhuc in solitudine esset,latrones in se grassantes intrepidus excepit.rogat⁹ ab his,q esset,ꝙ uim nō formidaret:qa nudus inqt sum.cur nō uulnera aiūt,& mortē:nō talia inqt ab eo timenť,q paratus est mori.quā illi in adolescēte constātiā nō solū ita mirati sunt,sed etiā ueneratí,ut petita uenia innoxij retro abierint

De eodem.

EXtiterūt & alia in eo affectatę pauptatis argumēta nihilo inferiora.qle illud,ꝙ quendā ex ijs,q cū eo in eremo erāt,intuitus hortuli fructus intētius obseruantē,studentēq; peculiolo cōflando,loco submouit,neqd sibi consuetudinis cū eiusmodi hoie esset.ceu cōtagiosa ducēda sit eoꝝ uita,q pecunię studēt,aut certe indigna iustoꝝ cōtubernio.

De diuo Alexio.

MAluit Alexius Romæ nobili loco ortus, pauper esse, ꝙ in paternis laribus splendide,& uoluptuose uiuere.in Syria quindecim annos fuit religionis causa, totidem deinceps Romæ ignotus, domesticatim urbem mendicabundus circuire,petijtq; sæpe suppliciter, & accepit eleemosynam ex paternis ædib⁹. sed nulli interim notus.demum uita functus,ex ipsius chirographo compertum est, quis esset,& quo consilio ignorari uoluisset.

De Francisco Asisiate.

MVlti sponte sua sunt paupertatē secuti,sed q Frācisco Asisiate arctius fuerit eam complexus,diligētius fouerit,sanctius custodiuerit,fuit(ut uidere est) nemo,qui inuito,& reclamante patre conuiciaq; ingerente inopiam diuitijs ꝑtulit.diuites,& lautos aspernatus in mēdicis esse uoluit. laudis loco ponere, ꝙ paupesset,ignominię,& ꝓbro sibi ipsi daturus,si pauperiorē se nactus esset quenꝗ,aut menditiorē. per quæ merito consecutus est,ut pauperū sit pater dictus,cum serui nomen libētius usurparet. fœlix pauptas,quæ unius ductu,tantū ꝓfecit,ut in hac uita,qua uiuimus,pene plures sint,qui eam sponte colant ꝙ diuitias mitentur.

De Helisabetha.

VErum enimuero nulla unꝗ fœmina ardentior huius boni fuit cultrix,ꝙ Helisabetha regis filia.quippe quæ cum in regia adhuc fortuna esset,inter ancillas ad mendicantiū morem sese componeret. sæpius testata fore,ut si quando humanis sese laqueis expediret,non alio ornatu libentius uteretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Diogene.

DIogenes Cynic⁹ aliud certe secutus,dolio cōtra frigora,& calores,eoq; parū integro fuit cōtentus.poculū fregit,rusticū cauis manibus potantem intuitus.cætera aspernatus,tam fœlix ab Alexādro Macedone iudicatus est,ut multis audientibus dixerit,Diogenem malle se esse ꝙ aliū quēꝗ,si non rex & Alexander esset.

De Democrito Philosopho.

QVidã philosophiæ affectatores haud obscuri nois,usq; adeo diuitias cõtem psere,ut non modo aliunde oblatas non acceperint,sed eas etiã,in qbus na ti essent,sponte publicarint,& in his Democritus Abderites diligẽs naturę cõtẽplator,q nihil demũ pter ingeniũ possedit,uel qa noluit, aut qa non debuit.

De Phocione Atheniensi.

ETut philosophorũ noia sileant,quorũ aliq fortasse nõ tã ex sua,q̃ aliena uixe runt sentẽtia,lõge aliter uicturi,ni ueriti essent,ne nõ fortius loq uiderent,q̃ uiuerẽt.Phocion Atheniẽsis usq; adeo diuitias spreuit,ut grãde auri pondus, q̃d ab Alexãdro dono dabat,ptinaciter repudiarit,testat⁹ se nõ egere regio auro.di gnus de q̃ sit diu inter Græcię sophistas q̃situ,maior ne Alexãder esset an Phoci on,q Alexãdri aurũ cõtẽpsit.

De Phocionis coniuge.

HVius Phocionis uxor,cũ a nobilissima quadã Ionici generis matrona in ami citiã recepta,aurei torques,monilia,pciosusq; mũdus muliebris ostẽtaret.at meus inqt ornat⁹ nõ est talis,sed Phocion me ornat,iã uicies Atheniẽsiũ impator

De Aristide Atheniensi.

ARistides & ipse Atheniẽsis,multo iustius se pauptate gl'iari posse credidit, q̃ Calliã Atheniensiũ ditissimũ amplissimis opibus.nulli dictitãs eã rẽ inde corã esse,nisi q inuiti pauperiẽ ferrẽt.

De Ro.principũ pauptate.

QVid illa uetus Quiritiũ frugalitas,cõtẽptusq; diuitiarũ.cuius assertores omi æuo duraturi.an aliud sensisse uideri pñt, aut psuasum habuisse q̃ Phocion, & illi quorũ nũc meminim⁹,nõ diuitias,sed uirtutẽ expetẽdã,qa illę fluxæ essenr, & caducæ,hæc ppetua,& æterna, Iam uero si malũ ullum in paupertate esse, aut uitiũ arbitrati essent,non Publicolæ, non Menenio funeris sumptus defuisset, nõ Curius aurũ Samnitiũ,nõ Fabritius,q̃d Pyrrhus dabat,recusasset.nec illi sunt opi niõe decepti.peperit cõtinẽtia illa Romanũ imperiũ,luxus, & auaritia pdiderũt. uiuit itaq;,uiuetq; etiã semp eorũ memoria.Cõtra hi,q rem sibi maluerũt,q̃ bonũ nomen q̃rere,aut penitus interire,aut ad odiũ, & inuidiã posteritati superfuerũt.

DE DIVITIIS. CAP. VI.

SIc certe est,ut sapientiorum quidam aiunt.Nullus unq̃ bonus optauit diui tias,nullus sapiens probauit.neq; enim hominem meliorem faciunt, neq; sa pientiorem.quin instrumenta insunt luxuriæ,& omnium uitiorum alimen ta.uerũ quia nihil tam malũ est,ut nõ in eo aliqd insit boni,ne bellũ auro indixisse uideamur,siqd est,q̃propter hoc tãtopere sitiũt mortales,expeti debet,solus usus est,quẽ in oibus bonis Plato uir summus tãti fecit,ut nisi is adsit,nolit sibi auri mõ tes dari,nolit artẽ,q̃ immortalitate hoiem donare possit.sunt igit expetenda hæc, ut hõ homini pdesse possit.q̃d ij sensisse uideri pñt,q non sibi solis,sed amicis,ho spitibus,uniuersæ ciuitati diuitias cõpararũt. ut Nicias ille Atheniẽsis, cuius be neficẽtiã celebrat uetus comœdia.cæterũ qa mũdo adhuc recẽti modico cõtenta fuit uita,perq̃ pauca sunt uetera diuitiarũ exempla,nisi regiæ opes censeantur.

De Solomone rege.

ENimuero quantũ Solomon rex possederit,sacræ literæ nihil obscure demon strant.quibus proditũ est,decẽ millia talenta auri, totidẽ & amplius argenti ab eo possessa,bijugum equorũ quadragena millia, bissena equorum ad pugnam expeditorum,sed auri,argentiq; partem multo maximam in apparatum templi,

& regiã sumptuosissime ædificatã impẽdit. fœlix opibus, fœlix usu, sed multo fœlicior sapiẽtia. q̃ mortales oẽs antecelluit.

De cæteris regibus.

CEnserenẽ in hac reputatione, & aliorꝶ regũ diuitiæ, nisi Persica Gaza, & quę Crœsus Lydorꝶ rex possedit, quæ Cyrus, qui Crœsum uicit, cum priuatorꝶ fortunis collatæ longe præponderent, nullaq; proportio in exemplis esse possit, si promiscua relatio sit in his, quæ natura, & fortuna sunt longe diuersa.

De Cosmo Mediceo.

QVin priuata potius dicanẽ. quorꝶ exemplũ in primis memorabile tulit Italia. q̃d fortunæ opus auorũ memoria uidit inchoatũ, patres ipsi auctũ, & florens nostra ætas uidit extinctũ. claruit Florẽtiæ Cosmus mediceus immẽso pecuniarum auctu, tam diues, ut hoc nomine non Italici solum, sed Christiani etiam nominis reges oẽs, & summi duces cum eo hospitium iunxerint, literis, muneribus & omni officio certantes. mansit claritas familiæ incolumis, usq; ad Caroli octaui in Italiã aduentũ. quo tumultu Cosmi pronepotibus ciuili seditione domo eiectis domestica gloria multiplici clade conuulsa facile ciuitatis principatu cessit.

De duobus Antistibus.

ATtingit fama hæc & sacerdotiũ. desierunt esse in humanis cũ hæc cõmentaremur, duo supremi ordinis antistites. parciẽ nominibus, religiõis causa, iantum congesti auri, cœlatiq; argenti cũ aulico apparatu uterq; reliquit, quantũ priuatim diu in Italia possedit nemo, p̃ter unã domũ, cuius exemplũ p̃xima cõtinet relatio.

De Romanis diuitijs.

SEd cur hæc? iam uero siquis Italię urbes cõtempleẽ, plures in his repienẽ, quorum diuitiæ, nõ indignę sint, quæ in hunc ordinẽ redigan̄e. nã & Romæ nup̄ fuere hoc noĩe illustres, Margani, Crucei, Bubali, & oĩm maxime Transtyberina regiõe duo Matthęi fratres. ex q̃bus semel domestico cõuiuio adhibitus audiui, tantũ sibi rei pecuariæ rões creuisse, ut q̃ngentos canes ad stabulorꝶ custodiã in agris alerẽt.

De Venetis diuitijs.

QVid Venetiæ, in quibus ne amplissimæ quidem diuitiæ magnæ sunt admirationi ob ciuitatis opulentiã? nec ẽm unius domus opes hic conspuæ sunt, tam etsi domesticæ puellæ mille libræ auri olim appensæ sint dotis nomine regio matrimonio locatæ, tantũq; nunc possideat, quantũ Venetorum priuatim nemo. nec alij multi, quibus immensæ sunt diuitiæ congestæ, sunt cuiq; admirationi. ubi ex ijs, q sordidũ quęstũ faciunt, tm̃ quidã auri congessere, ut ad inuidiam fortunæ creuerint. erit itaq; ut uera hæc ita peculiaris unius ciuitatis laus in hac relatione, ut nulli hoĩm fuerint unq̃ (Romanis dũtaxat exceptis) quibus totus orbis prædæ fuit, qui publice priuatimq; plus possederint, q̃ Veneti qui Adriam accolunt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Pythio Celenço.

MVlto plura maioraq; in p̃phanis gẽtibꝰ extiterũt diuitiarꝶ exẽpla, etsi citra regnũ, eiusmodi tñ ut cũ oĩni regia gaza faciũt æquilibriũ. Pytheus Celęnæus, tam diues fuit, ut Xerxem, & cum eo immẽsum exercitum, ex toto oriẽte conflatũ hospitio exceperit. donauerat is Dario, q Xerxis fuit pater, platanũ aureã cũ aurea uite, & ob eam rem Persarũ plerisq; notus. sciscitatꝰ ab eo Xerxes quantum possideret, parata habeo inquit bis mille Talenta argẽti,

quadragies cẽtum millia aureorum nũmum Daricorum septem millibus minus, quæ regi ad tam numerosum exercitum alendum dono detulit, testatus uectigalia prædiorum satis superq́ sibi suffectura ad laute, & beate uiuendum. demiratus rex hominis liberalitatem, ut cum eo beneficentia certaret, & aurum hospiti remisit, & quod ad quadragies centum millia deerat, ex suo hospitem suppleuit.

De Cimone Atheniensi.

NObilitauit census & Cimonẽ Atheniẽsem, nobilitauit & Niciã. sed utrũq nobiliorem liberalitas. sunt & Calliæ diuitiæ nihil ad posteros obscuræ, sed Scopadum, qui Cranonem in Thessalia habitarunt omnium in Græcia celeberrimæ, ut quas Critias tyrannus inter pauca uota sit sibi optare solitus.

De .M. Crasso.

MArci Crassi, q in Parthis perijt, maior ne fuerit census, an habẽdi cupiditas, haud q́sq̃ facile dixerit. ferũt sæpe ex eo auditũ diuitẽ esse neminẽ, nisi q annuo reddituu legionẽ alere posset. q si hois animus diues, nõ arca appellãda est, fuit. M. Crassus nunq̃ diues, cũ hoim opinione esset togatorũ oim ditissimus.

De Claudij principis Libertis.

FVerunt & qui seruitutem seruiuere principum indulgentia ditissimi, & in his Pallas, Callistus, & Narcisus. Claudij Cæsaris liberti. cæterum quid illi possederint, a nullo (q sciam) diserte traditur.

De .C. Cæcilio Claudio.

CAius Cæcilius, q horũ tpa pcessit, cũ multa (ut ipse est suo testamẽto pfatus) ciuili bello amisisset, reliqt tñ q̃tuor millia seruorũ & amplius, tria millia iuga boum, & sexcenta, reliqui pecoris. cc. lvij. millia, innumerato pondo sexcenta millia, funeratus est sextertijs undecim millibus, quanti quiritium (q sciam) nullus.

De Cæsare Dictatore.

CAesar q dictator fuit, duo de uiginti millia Tricliniorũ strauit Ro. po. imensum auri pondus pfudit, in spectaculis cõgiario populi. sed hæc spolia, & rapinæ orbis terrarum, ueriusq̃ patrimonium. propterea in ordinem uenire nõ põt.

DE LVXVRIA, ET IMMODERATO SVMPTV. CAP. VII.

FVit uitæ hoim frugalitas recenti mundo iucunda nutrix, & comes nõ insuauis. repudiauit hanc posteritas, parentis omnium naturæ immemor, q̃ modico contenta est, uoluptatem pro uirtute complexa, pro temperãtia, & modestia, luxũ. sed quo tardius pestis hæc recepta est, eo sæuius incubuit, perdiditq́ peius oĩa, q̃ libido, & auaritia, quarum hæc mater est, illa uero filia. sunt itaq́ huius uitij omnia fere exempla recentia, utpote quæ profligata iam ex omni parte uita placere cœperint, ac siqua uetustiora sunt, eo minus insignia.

De Solomonis regia.

ETenim quid Solomonis habuit regia quod accusari possit, præter candens saxum, aurum, & argentum? Cedrus, & cætera materia, quę ex Libano partim illi dono obtigit, partim ex proximo quæsita est, & si nihil eorum abhorret a regũ fastigio, quorum secundum deum summa est maiestas in terris, nec q̃d templũ statuit opulentissimum, luxuria est. primaria ornamenta deo debentur, cuius uirtus summa princeps est, omniumq́ principum decus, & gloria.

De eodem.

NEfas sit (credo) in eo, qui fuerit omnium sapientissimus, fatidicoq; patre genitus luxum cõsectari. quin si quid minus ciuile in illo fuit, si cũ uirtute pensetur, iure dissimulabitur. potest tamen proximum luxuriæ uideri, q citra omnem belli usum, tot millia equorum aleret, præsertim iugatorũ. q in pellicatu ad extremum usq; uitæ hæserit, sitq; frequenti cõnubio usus. ut nisi sobolis procreatio excusetur, non parua detur ansa, luxum in eo calumniari uolentibus.

De Alphonso rege.

SEd libidinis, ueriusq; luxuriæ sunt hæc, quæ de Solomonis pellicatu, multiplicicq; cõnubio traduntur. in Alphonso, qui ex Aragonum gente primus Neapoli regnauit, non alio nomine q̃ luxus uocabitur, incredibile studium in alendis ad uenatum canibus, & ad aucupium alitibus, ut mille circiter pondo auri in portentosum illum apparatum, quotannis (ut sæpe fando audiui) insumeret. maior in hoc luxus ut uidere est, q̃ q in Federici Cæsaris aduẽtu pluribus diebus in regia urbe nobilissima uina in speciem aquæ extemporarijs fontibus ubertim fluxere, sed hoc hospiti datum, illud uoluptati, & ob id uitio propinquius.

De magno quodam Antistite.

TOlerabilius tamẽ in rege numerosos canũ greges ad uenationẽ aluisse, q̃ in uno aliquo sacrorũ Antistitũ. uidit tamen ætas nostra hæc portẽta. uir huius ordinis, genere, & fortunis præstantissimus, tantam uenandi studio canum multitudinem aluit, ut ceu pecorum greges inter se distincti sub magistris agerentur.

De Luxu conuiuiorum.

SEd uenetur potius hic ordo, q̃ prodigiosæ luxuriæ instruat cœnas. qualis fuit Federico Aragonio apposita, atq; in biduũ (ut fertur) extracta. nullũ unq̃ Triclinium maiora uidit epularum portenta. nullum tam portentosa obruit luxuria. sed nostrorum temporum mores magis deplorari possunt, q̃ honeste memorari, nam inuidiam coflare possunt insectantibus, in melius mutari non possunt.

De cœna Venetijs data.

FAmosa & illa fuit cœna centum conuiuis recenti adhuc memoria a priuato homine, cæterum patritij ordinis Venetijs instructa. a prima hora noctis inita per omnia luxuriæ instrumenta, usq; ad solis ortum extensa, uariantibus per noctem dapibus nouo semper concentu præcinente. & ut cætera dissimulẽtur (quæ tanta fuere, ut nescas maiori ne admirationi fuerit uarietas, an nouus, & sumptuosus apparatus) illud portento similius fuit, q̃ edulio, q ex Gobiorum lacubus centena fercula (tot enim conuiuæ accubuerunt) sunt Triclinio illata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMO

De Lydis.

SEquũtur externa, quæ eadem sunt & Ethnica, maiore (ut sentio) insectatione digna, nec solum quia in ijs maior luxuria est, sed (quod magis adhuc detestabile) prima quædam luxurię elemẽta. qualia a Lydis profecta sunt, qui non contenti natiuo lanæ candore, eam primi omnium infecerunt, tanq̃ si id utilius fuerit, aut magis necessarium, natura omnium parens non, potuerit in re tam parua humano generi gratificari, aut (quod stultum sit credere) noluerit.

De Tyrijs, & alijs gentibus.

SEd Tyrij magis detestabiles,q hãc Lydorꝝ insaniã studiosi⁹ tractarũt. detesta bilior & Asia,q̃ aurũ prima intexuit.Babylõ q̃ ueste uarijs colorib⁹ acu distin xit.Ethruria,q̃ purpurã uestibus ptexuit.sed hęc parũ insignia, qa huic uel illi cõia sũt gẽti.q̃ sequunt,magis cõspicua.min⁹ eñ uenia dignũ credit, q̃d in uno, (q̃ q̃d in multis delinquit.

De Alcibiade Atheniẽsi.

FVisset(qs ignorat?)minus inuidiosum Alcibiadi Atheniẽsi,si priorꝝ ducũ ex emplo,q̃ suo purpureis in ptoria naui usus esset uelis. tanq̃ cõcharum sanies, quia marinæ sint,magis ad naualem expediret cursum,q̃ candens linum.

De Cilicibus Piratis.

NEc Cilices Piratæ,cũ oẽe internũ mare latrocinio insedissent, celerius freta traijciebãt,qa & ipsi purpureis sunt uelis usi,auratis rudẽtib⁹, remis argẽto (pditis.fuit ille rerũ luxus,nõ usus.

De.L.Lucullo.

INsanç.L.Luculli substructiões in cã fuerũt,cur a suis appellat⁹ sit Xerxes toga tus,sed illa maior luxuria,q̃ triclinijs oĩbus suũ nomẽ,& sumpt⁹ modum inscri psit,ut quãti parãda esset cœna,ex cœnatiõis apparatu famuli intelligerent.strue bat cõuiuiũ.l.millibus,cũ in Apolline cœnabat.q̃ uoce ludificat⁹ est Pompeiũ,& Marcũ Tulliũ,qbus famosam illã cõditiõe apposuit cœnã,ut de domestico appa (ratu nihil mutaret.

De eodem Lucullo.

PRo miraculo abijt in aures, & ora hoim(neq̃ eñ modice,ciuilisue supellecti lis fuit)q̃ cũ ptor Romæ in ludorꝝ apparatu ab eodẽ uestes petijsset, ad scenã instruendam,ducentas detulit,atq̃ omnes purpureas.per hęc ille consecutus est, ut inter rara luxuriæ exempla tempestatis illius censeretur. notum est illud in ore Quiritum celebre.loquitur ut Cato,uiuit ut Lucullus

De Nerone,&.L.Aelio Vero.

PArui hæc,& frugalitatis plena,si Neronis domus,intẽpestiuæq̃ ei⁹ epulæ re ferant,aut Aelij Veri cœna,q̃ nulla hoim memoria fuit poriẽtosior. sexagies centũ millib⁹ sextertijs instructa est,si integra scriptorꝝ fide sunt hæc in lr̃as missa. duodecim,q cũ eo accubuerũt,singulis abeuntib⁹ cõgesta dono sunt uasa argen tea,aurea,crystallina,& myrrhina.tot eñ generibus poculorꝝ fuerãt in cœna usi. sua cuiq̃ data est mula pciosissime instrata,q̃ domũ ueheret.q̃rere,qbus epulis ad moti sint,q ita donati abierint potius eius est,q uult mõstra discere,q̃ luxuriæ ar (gumenta.

De Heliogabalo.

VIx(quod ad hoc pertinet)fidem inueniant,quæ de Heliogabali insania ueri us q̃ luxuria prodita sũt memoriç. Piscinas rosacea impleuit aqua,Balsamũ infudit lucernis,gemmas nobilissimorum artificum manu sculptas apposuit calce is,croco Triclinium strauit,porticum scobe auri.nunq̃ iterum cum aliqua est fœ mina congressus,præter q̃ cum uxore.nunq̃ iterum aurea ueste usus est, aut ho loserica.eleuant hæc ueterem Demetrij regis infamiã,is quia auratis uteretur cal ceis,pene prodigiosum Macedonia existimauit.

DE VITAE, ET MORVM MVTATIONE. CAP. VIII

SAtagũt plus æq̃ futurorꝝ miseri mortales.& cũ multiplex sit cura hæc,de re nulla magis sollicita est uita hois,q̃ de pfectu,& successu eorꝝ q̃s pcreaui mus,uel q̃ nobis clarissimi sunt,aut qa ambitiosum anial ut pictor aliqs aut statuari⁹ suũ uelit opus elegãtissimũ esse,oĩmq̃ pfectissimũ,Hinc sciscitatio

o

nes sortiũ,& oraculorꝫ,sollicitasq; paretũ indaginas,anxiasq; cura noscẽdi qd spei, qd metus secũ ferat liberorꝫ indoles.sed cũ somnia,auspicia,omina,p̄sagia attenderẽt ueteres illi,nihil ꝓpemodũ fuit,neq; hodie est,ad q̃d magis caliget mens hominis,q̃ significatio illa,& odor futuræ uirtutis,q̃ sua spõte in puero,& adolescẽte sese offert(indolẽ uocãt)hęc una inspicit̃,hęc uulgo obseruat̃,hęc certũ,indubitatũq; morũ euentũ credit̃ polliceri.sed solers nimiũ humana mens,& ad seipsam decipiendã sup̄ q̃ dici possit ingeniosa,& q̃d maxime optat,id ꝑcipit animo,tãq̃ nõ aliter euenire oporteat,q̃ q̃d ipse de se,& suis augureť.signat quadãtenus futurũ hoiem indoles,signãt ipsa uitæ exordia.sed euẽtus his sæpe diuersus.multi fuere,q longe diuersi sunt demũ repti ab ijs,q̃s se futuros a pueritia promisere.adeo oia hois incerta sunt,ut de uoluntate,quæ libera est,nullus sit certus exitus.

De Ioha Iudæorum rege.

IDuerius uero esse,Iohæ Iudæorꝫ regis tristis exitus facile demõstrauit.q̄ppe q puer non minus indole cõmendatus,q̃ q̃ a Dauide esset ꝓcreatus oim fauore regnũ recupauit.Cæterũ ætate adultus multũ a seipso diuersus abijt.enuero patriã pietatẽ aspnatus,Ethnicos coluit deos.Zachariã Ioadæ filiũ,p quẽ puer fuerat in regnũ restitutus,occidit,nec lento deinceps gradu ultrix ira numinis secuta est.hostiliũ armorꝫ terrore subactus,pacẽ suppliciter a Syro petitã,sacris thesauris omniq; regia gaza sibi ignominiose redemit.accessit huic ignominiæ,cladiq; publicæ diuturnus morbus,quo demũ affectus domesticorum fraude perijt.

De Solomone.

ANtiqor hoc Solomon,q ob altã indolẽ a sapiẽtissimo patre est fratribus p̄latus.in q̃ prudẽtissimũ senẽ nihil æq̃ ac pietatẽ spectasse credere æquũ est.fuit ille sapiẽs,fuit diues,munificus,elegãs,a pietate tñ deflexit,Ethnicæ uxori gratificatus.& q̃ maior spes ĩ iuuene eluxit tuẽdę pietatis,co molestus in sene desyderiũ fuit neglectæ.

De Dauide.

FVerit Dauidis indoles an ætas in causa,parũ cõpertũ habeo,satis constat cũ ꝓpheta ad unum Iesseæ domus regem inungendũ in Bethleem uenisset,a patre omibus hunc filijs p̄latum.q̃ si paternũ iudiciũ ad indolẽ referatur,credi par est senem lineamenta duntaxat,aut ætatem intuitum uehementer oblucinatum.cæterum propheta decipi nõ potuit,qui tota illa fratrũ cohorte repudiata,hunc potissimum legit,qui oim erat p̄stantissimus futurus.nec iudicium caruit euentu.

De Iuda.

NIsi Iudæ apostoli mores,& uita ab initio hoim opinione probata esset,indignus uideri potuit,qui in sanctissimũ Christi comitatum reciperet̃.uerum sic omia in eo mutata sunt,ut ex fideli perfidus,ex discipulo proditor sit factus.q cum in bona spe esset,desperationẽ præsumpsit.tam incerta est humanæ uitæ cõditio,tam ꝓtona in lapsum,ut tum maxime concidat,cum se stare putat.

De Paulo Tarsensi.

AGe nunc,& qs unq̃ tam infense odit Christianũ nomen,q̃ Tarsensis Paulus?qui adolescens martyrũ spolia calcauit,insultauit iustis,Damascũ adultus petijt Christi fidem oppugnaturus.cæterum ita omnia in eo mutata,ut nemo plus illo dilexerit ueritatẽ,nemo latius prædicauerit,ardentius coluerit,nulli tantum delirij ab initio affuit,nulli postremo plus pietatis,& sapientiæ.

De Innocentio Ro. Pontifice.

SOlebat Innocentius pontifex, cum priuatus adhuc esset, omniū maxime pontifices incusare, q͏ non darent impēse operam, ut schisma, q̄ diu Romana laborauerat ecclesia, e medio tollerent, nec bello tyrannos insectarentur. Cæterū pontificium decus adeptus, adeo aliena uixit mente, ut multi etiam nulla alia de causa ab eo afflicti credantur, q̄ q͏ ad hæc duo præstāda illum inuitum, & audire nolentem uehementius hortarentur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Alcibiade.

VIx ulla sui pte christiana pietas pluribꝰ, magisq͏ insignibꝰ scatet exemplis. sed Ethnicorꝫ ratio habenda. estq͏ illud in his tā ueteri, q̄ celebrata mēoria, q͏ Alcibiades Atheniēsis in illud sibi & patrię intēpestiuū exiliū cōpulsus, Lacedæmonē se cōtulit, ubi sup q̄ dici possit, celeriter ad Laconicū morē trāsijt, ut Spartiatarꝫ unꝰ nō Atticorꝫ crederet. sed i hoc minꝰ mirū fuit eū (ut fert) uario ingenio, nec ad rē unā tantū idoneo, in q̄ Chamęleōtis natura imita (trix oim ꝑpe colorꝫ exprimeret.

De Dionysio Iuniore.

SAeuꝰ, & imanis i regno iunior Dionysiꝰ, multūq͏ paternę crudelitatis referēs, regio tñ solio deiectꝰ, Corinthūq͏ ablegatꝰ, oēm prioris uitę fastū adeo exuit, ciuilē, & remissiorē uitā cōplexꝰ, ut tā subita in hoie mutatio nō imerito esset hoibus suspecta, tāq̄ ad tps sīl'ata. sed uerissimū illud, q̄d est i ore multorꝫ, oim malorꝫ (nullū esse efficaciꝰ remediū, obliuiōe.

De Cimone Atheniēsi.

IN Cimone puero nihil simulati aut ficti fuit. stultus, & insolens a primis annis fuisse traditur, creuit ætas, infamiamq͏ pueritiæ in laudem uertit. Atheniensiūq͏ longe princeps liberalitate, oībusq͏ ciuilibꝰ disciplinis factus, adeo ut in ea parte uitæ sit Themistocli, qui Græciam seruauit, omnium iudicio prælatus.

De Alexandri magni successoribus.

ANtigonus, Lysimachus, Ptolemæus, & cæteri Alexandri successores q̄ diu noie, & insignibꝰ regijs abstinuere, benigne, clemēterq͏ imperiū exercuisse dicunt. cæterū diademate, & regis appellatiōe recepta, uis ꝑ iustitia placere cœpta est, ꝑ æqtate libido, fastus & supbia ꝑ clemētia, & hūanitate. postremo prioris fortunæ obliti, uisi sunt histriones imitari, q uitā, & mores cū uestibꝰ uno die se (pius mutāt.

De Demetrio rege, & Antonio Triumuiro.

SEd his semel mutari cōtigit illud in qbusdā memorabile, ut in Demetrio Antigoni, & Antonio Triūuiro, q̄s in re bellica, nemo abstinentia, labore, fortitudine, & solertia uicit, in otio nemo luxuria, temulentia, & libidine adæquauit.

De Cæsare Augusto, & Caligula.

ESt Roma Augustum multo mitiorem experta ciuilibus bellis defunctum, q̄ ab initio habuisset, Caligulam ex humili sæuum postea, & truculentum. ut non infacete sit de eo dictum, Nullum unq̄ hominem humilius seruiuisse, crudelius imperasse neminem.

DE POPVLORVM ODIO IN REGES, ET TYRANNOS. CAP. IX.

EX oībus, q̄ in uniuersum sunt hoī grata, post uitā ipsam nihil est illi libertate gratius, q̄ fit, ut qui de ea dimicant putent se de uita dimicare, hęc sæpe auro,

sæpius sanguine, sæpissime morte redépta est. hinc exitiale populorum & gentium in tyrãnos odiũ. hinc crudelitatis exempla multa, & magna, q̃ ois uidit ætas. qd ꝙ & regiũ nomen, qa non multũ fortuna a tyrãnico distet, adeo nõnunꝙ fuit popu lis inuisum, ut uel in optimorum regũ progenie sit a populis crudeliter sæuitum.

De Athalia.

NVllus unꝙ regum fuit Dauide sanctior, nullus Solomone sapientior, om̃is tamen eorum progenies Athaliæ impulsu, sæuoꝙ imperio est ferro dedita a Iudæis. potuit mulier execrabilis ui & armis regnum occupare, sanctissimũ gen tis stemma abolere non potuit. ut nõ solum peremptorum manibus, sed & Iohæ puero, qui solus superfuit, patrati sceleris debitas exoluerit pœnas.

De Petro Candiano Venetorum Duce.

SSed ueterũ exẽpla oppido pauca in hac pte, p̃sertim nostratiũ hoim. recentius itaꝙ illud q̃d Petrus Cãdianus, q Venetorum dux, legitimũ magistratũ in tyran nidẽ uertit, sibi & liberis supba regiminis forma exitiũ peperit. Populus suæ liber tatis memor domũ eius iniecta flãma incẽdit, tyrannũ inde deturbat, deturbatum trucidat. filiũ iugulat in nutricis gremio. amborũ corpora ad macellum ꝓijcit ca nibus laniãda. adeo iuxta tyrãnos, & qui ex his sunt, libertatis studio infense odit (incõdita multitudo.

De Lemigio Exarcho.

PAri affectu ac nescio an maiore etiã Rauẽnates Lemigiũ oderẽt Exarchũ, quẽ ob tyrãnicos, & fœdos mores nõ cõtẽti interfecisse, ei⁹ uxorẽ & pellices uul (gauit ad stuprũ irata ciuitas.

De Exarchanis iudicibus.

EAdẽ ultio attigit Exarchanos iudices, qbus publicit⁹ cæsis ois eorum familia lu dibrio fuit infensæ multitudini, q̃ semp aut nimiũ odit, aut nimium amat.

De Ecelino tyranno.

SEd tyrãnorum nullus fuit unꝙ inuisior Ecelino, q crudelitate, & sæuitia cũ Pha laride certauit. puberes ab eo mutilati, pueri cõcisi, uirgines uitiatę, matronis mãmæ adẽptæ, ꝑgnantiũ uteri exsecti, ptusꝙ flãmis deditus, q̃ scelerũ diritas eo extincto domesticis est & necessarijs Taurisij repręsentata. sex filij Alberti fratris subito populi incursu interfecti sunt. Tyrãni uxor, & filiæ uiuæ in ignẽ coniectę.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

ADeo ingenitũ est hoĩ in tyrãnos odiũ, ut in pluribus gẽtib⁹ sit cautũ lege, q tyrãnũ occidisset, is pricidij nõ tenereẽ, nec pricidę nomẽ ferret, in qui bus sũt & p̃mia cõstituta. satis cõstat ciuitates q̃sdã nulli fœminę p̃ter ꝙ (tyrãnicidę statuã posuisse.

De Pygmalione.

PYgmalionis tyrãni odio Tyriorum multi solũ uerterũt, si poetę testimoniũ reci pit in hac exẽplari relatiõe. nã qa & ipsi sibi nomẽ historię uẽdicat, custos est (fidei tenacissima.

De Aristide Locrensi.

ODit & Aristides Locrẽsis insigniter tyrãni nomẽ, cui⁹ filiã cũ Dionysius ma ior sibi uxorẽ deposceret, malle ingt ille filiã male pditã uidere, ꝙ tyrãni ma (trimonio locatã.

De Locrensibus.

HVius & Dionysij uxorem & filias, Locrenses in potestatem redactas, ad stu prum, & libidinem multitudini obiecere in tyranni inuidiam. inde ad libidi nis facietatem uexatas medijs merserunt fluctibus adhuc uiuas.

De Syracusanis.

NVllus tyrannorum in terra Græciæ minore flagrauit odio q̃ Hiero Syracu sanus.nullus dominatus minus fuit inuidiæ obuius. eius tamen progenies post Hieronymi cædem a Syracusanis uno die interfecta est. cui (ut uidere licet) non tam sua maiorumue sæuitia,q̃ tyranni nomen obfuit.

De Tymoleonte Corinthio.

TYmoleon Corinthius,Dionysij principatu euerso,euertit & arcē eo noie,q̃a tyrãnorũ fuisset sedes.cæterũ in eo maius suũ in tyrãnos odiũ testat⁹ est, q̃ & (sepulchra,cæteraq; ornamẽta diruit.

De Po.Ro.

QVantum tyrannos oderint & Romani,ex eo potest intelligi, q̃ regium nomen ex urbe sustulere,tyrannidis suspitione,atq; ita sublatum uoluit populus,ut de libertate etiam benemeritis,fraudi fuerit ferre Tarquinij nomen.

De Spurio Melio,& Manlio Capitolino.

SPurio Melio,& Manlio Capitolino non nomen,sed suspecta largitio fuit exitio in eadem ciuitate.sed quid tyranno fecissent ij,qui uiam,quæ ad tyrannidẽ ducere uisa est,suis obseptam ciuibus,atrocibus muniuere supplitijs.

De Caligula Imperatore.

TVlit Caligula imperatoris nomen,cætera tyrannus fuit imanis, cruento exitu dignus,quem demũ sortitus est.sed nec unus sanguis explere potuit odiũ ciuitatis.Cæsonia eius uxor cum filia admodũ paruula multitudinis incursu trucidata est,ne q̃d supesset,q̃d tyrãni recordatione,ciuitatis oculos uiolaret.

De Domitiano Imperatore.

EAdem Quiritium ciuitas,omnes Domitiani imagines, & titulos e publico sustulit,Decreta per illum antiquauit.ut diræ illius tyrannidis,uerius q̃ principatus memoria,cũ ipso crudeliter interfecto sepeliretur. sed quo plura sunt huius generis in omni gente exempla,& magis illustria,eo parcius ponenda.

OCTAVI EXEMPLORVM LIBRI FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER NONVS.

DE INIVRIA FERENDA. CAP. I.

De Christo.

INiuriam propulsare fortis uiri est,quæ & si depelli possit,ferre illatam multo fortioris sit.hoc sapientis est,illud ualidi,& robusti corporis.certe aliquid est alium uincere,sed seipsum superare uera indubitataq; uirtus est.tales fuerunt,qui sapientes dicti sunt,talis ipsa sapientia Christus rex, & doctor omnium, quippe qui & ferendam esse iniuriam præcepit,& illatam usq; adeo tulit,ut ueniam sit percussoribus precatus.

De Iosippo Israelis filio.

IOsippus,cui⁹ mystica uẽditio sacris est literis tradita,fratrũ iniuriã,non solũ tulit,sed beneficio etiã repensauit.

De Mose.

QVid Moses,quis eo uno fortior,qs rursus minus ultiõis cupidus? q̃ q̃ populum infestiorem habuit,& ad cõuicia proniorem,eo impensius cœli numen his ꝓpitiũ reddere ꝑseuerauit ꝑcibus ad deũ effusis, nec Haaroni cõuitianti

cōuiciatus est nec sorori, q Aethiopicū sibi cōnubiū exprobrasset, correptaq; esset lepra minus libens opitulatus est, psentem ultionē suppliciter deprecatus.

De Saulo Iudæorum Rege.

FVit Saulus rex ad bellū exitur⁹ suorū populariū qbusdā contēptui. uictor inde cū triūphanti similis domū reuerteret, instarētq; milites ut eā iniuriā ulcisceret, uim inhibuit, testat⁹ turpissimū esse, nō posse se paucorū iniuriā ferre, q tot mil lia hostiū tulisset.

De Diuo Martino.

PVlsatus grauiter Martinus Antistes Turonensis est ab equitib⁹, quorū equi ipsius asino sedētis aspectu cōsternati, subito resultu sessores tergo deiecerāt stetere itaq; imobiles equi uestigio defixi, quoad sanctissim⁹ senex pcibus tenuit, ut his pœnitentiā agētibus, equorū sit usus restitutus, & equites innoxie demissi.

De Bernardo Abbate.

VEnit ad Bernardū abbatē nescio qs monasticā uitam psessurus. monitus ab eo posse quidē & alibi eū pficere si uelit, ceu repudiat⁹ eū pugno pcussit. fuissent q aderāt cōfestim ulti iniuriā, nisi eius q erat iniuria affectus intercessisset au thoritas uim inhibētis. oportere hūc dictitās alijs ignoscere, cui toties a deo ignosceret.

De Christophoro martyre.

CHristophorus martyr a Samiorū pfecto pcussus colapho, repercuterē te ingt nisi Christiana pietas, cuius cultor sum, phiberet. p quę haud dubie monstra uit Christianæ pietatis propriū esse, nō iniuriā uindicare, sed æquanimiter ferre.

De Libertino Monacho.

QVid q̄d Libertin⁹ Fūdani cœnobij monach⁹ fecit. q scabello domi abbatis manu intorto pcussus ne ingemuit qdē. postridie negotiū q̄ddā secutus, cū in urbē uenisset, rogat⁹ uñ illa oris sugillatio, in scabellū ingt offendi, sic & q̄d uere acciderat cōfessus est, & abbatis iracundiā texit.

De Sarra.

IAciebat ancillaris temeritas maledicta, & pbra uirulēta in Sarrā eximia sancti tate fœminā, parricidā & cōnubio exitialē uocās, qa cū multis nupsisset in nullo diurnū cōnubiū sortita esset, sed neq; illa ulta est iniuriā, neq; si facultas affuisset, ulcisceudā curasset, tantū deū optimū maximū pcata est, ut stabile, & mansurū cōnubiū aliqn sortiret.

De Helisabeth.

HElisabeth regia domo orta, post uiri interitū, opibusq; bene cōsumptis, cum palliolo pene lacero amiciret, oībusq; despicatissima occurreret, temerariæ mulieris occursu, quā integra fortuna benigne iuuerat, fouerat q; multa benignitate, ad terrā deiecta, cœnoq; respersa, nō mō non grauiter tulit, sed subridens statuit se leniter in pedes, & q contemptui fuisset spectantibus, tacite gauisa est.

De Alexandrina muliere.

IMpetrauit ab Athanasio urbis antistite Alexandrina mulier tā diues, q̄ nobilis ut ex uiduis, q̄ ecclesiæ sumptu alebant, daret sibi una aliq alēda. data est illi mu lier, miti & suaui ingenio, cuius facilitate auctū est matronæ studiū in pauperes. poposcitq; sibi alterā dari. casu an cōsilio non facile dixerim, data est peruicax, & inhumana mulier, ex q̄ cū ex pio hospitio pbra, & sæua uerbera reportaret, grās egit Athanasio, q sibi demū dedisset, p quā ad patientiæ cultum exerceretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Socrate.

ET hæc piorũ sunt. ex Ethnicis Socrates mortaliũ sapiẽtissimus calce a quodã ꝑcussus in publico, monitus ab uno affectatorum, ut hominem repercuteret, an inquit, si asinus mihi calcem impegisset, in eum recalcitrarem?

De Lycurgo Lacedæmonio.

LYcurgus, q leges Lacedæmonijs dedit, non mõ æq̃ aĩo tulit oculi cæcitatẽ ab Alexãdro adolescẽte temerario illatã, sed ipm iniurię auctorẽ ad supplitiũ sibi deditũ benigne clemẽterq; penes se tã diu habuit, q̃ad longa cõsuetudine ex im- probissimo factus sit oĩm frugalissim⁹.

De Pericle Athen.

TVlit patiẽter p integrũ diẽ in publico cõuiciatorẽ temerariũ, & isolẽtẽ Pericles Atheniẽsiũ alioq princeps. nec cũ uespi se domũ recipet, a se repulit adhuc maledictis insectãtẽ. postrẽo ubi in primo dom⁹ limie cõstitit ad seruũ cõuersus, ito ingt, & hũc ciuẽ domũ reducito. sicq; hõ improb⁹ ab iniuria, & cõtumelia gratiã reportauit.

De Fabio Maximo.

SEd nulli hoĩm prudẽti⁹, sedatiusq; iniuriã tulere, q̃ Romani, quorũ ꝓpriũ fuit fortia facere, & pati. nã qs hoĩm min⁹ moleste tulit ignominiã sibi publice inustã, q̃ Fabius ille maxim⁹, q un⁹ (ut Enni⁹ scripsit) cũctãdo restituit rẽ: cęterũ Minuti⁹, q illi æq̃tus est, mox paulo cũ suo exercitu ab eo seruatus patrẽ appellauit, militẽs patronũ.

De Catone Vticensi.

MArcus Cato iunior postridie comitiorũ, q in petitiõe cõsulatus tulit repulsam, unguento delibutus descendit in campũ post prandiũ, ubi sine calceis, & tunica funiculo succincta de more cum amicis deambulauit, adeo negligenter uir sapiens tulit, quod cæteri ciues ignominiæ loco ponere consueuerunt.

DE INVIDIA. CAP. II.

De Cham.

OMniũ uitiorũ inuidia ꝓpemodũ uetustissima, nec magis uet⁹, q̃ hoĩ pnitiosa. oĩe uitiũ in actu uoluptatẽ aucupaĩ aliquã, sola hæc perpetuo est mœrori dedita, q̃ q̃ maior est, eo peius, q inuidet afficiẽ minusq; sui cõpos est. res dira, cæterũ fœlicitatis pedisseq̃, & si diuersi affect⁹. enuero q̃ plus lætitiæ in illa est, eo tristior hęc, magisq; luctu, & mœrore cõficiẽ, cæca, amẽs, liuore infecta, oĩm rerũ ignara, ꝑterq̃ latrat⁹, & obtrectatiõis. Hæc Cham in fratrẽ nõ solum odio, sed funesto etiã telo instruxit, ut pene pri⁹ id malũ caput extulerit, q̃ aliquid in terris esset, quod propter attollere debuerit.

De Iosippo a fratribus uendito.

EAdem pestis Israelis filios eo perpulit, ut fratrem, quem puerum cœli prouidentia principem gentis designabat, capitaliter oderint, perosi in puteũ præcipitarint, ex puteo receptum Israelis uendiderint. Ismaelitis

De Data, & Abyro.

PAri Datas, & Abyrus face incẽsi, sacerdotiũ Aharoni adimere conati, se & suos subita numinis ultiõe pdiderũt.

De Effranitis.

SEd q̃ Datæ, & Abyro suo exitialis fuit inuidia, tã certe ac nescio an magis etiã Effranitis. q septem tribulẽ suũ post clarissimã uictoriã de Philisteis, & Amonitis partam, quia ad bellum uocati nõ essent, ut hostem armis persecuti sunt. cæterum acie congressi ad. xl. hominum millia uno amiserunt prælio.

De Pontificum Iudæorum, & sacerdotum inuidia.

QVid illa Hebræorum pontificũ nefaria insectatio Christi regis acta, & uitã infamãtiũ, an aliud fuit q̃ inuidia, q̃ cæcos, & pcipites egit: ut quẽ colere, quẽ uenerari debuerunt, cruci affixerint: nec impune uindicata est ea iniuria nõ solum patriæ excidio, tantaq; hominum iactura, quantã nulla unq̃ uidit ætas unũ in locũ, & gentem coaceruatam, sed perpetuo etiam posteritatis supplitio.

De Simonis Samaritani inuidia.

NEc certamen illud memorabile, est Petro Barionæ aliunde ortũ, q̃ a Simonis Samaritani inuidia, qui opa diuinitatis, malorũ dæmonũ pstigiis æmulabatur, quæ sancte imitari non poterat, sed dum Romanam ciuitatem ludere cõtendit magico astu, diuina ui terræ afflictus cruceq; debilitatus, lusus est.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM De Palamede.

PAlamedẽ Nauplii filiũ (siq̃ fides est poetis) nulla res alia circa Iliũ magis afflixit, q̃ Vlyxis inuidia. siquidẽ iniuria ab uno pfecta est, sed ulrio uniuersam gentẽ attigit.

De Cambyse Rege.

OCcidit Cambyses rex Persarũ nõ regni æmulatione, qppe q̃ nulla esse poterat uno fratrũ imperãte, altero ad obsequiũ parato, sed inuidia. attraxerat frater Aethiopicũ arcũ ipso rege, & regis comiratu aliq̃nto ualidius peperit iuueni fortissimo lacertorũ robur inuidiã, ea uero inuidia nõ multo post exitiũ. ademit ea uis uitã fratri, illi cuius iussu interfectus est, regnũ & uitã oĩ regno chariorẽ.

De Publicolæ Propinquis.

INuiderũt & Publicolæ ppinqui (nam de absentis affectu non habeo qd dicã) Capitolini tẽpli dedicationẽ Puluillo cõsuli, cui psenti cerimoniæ intento tam atrocẽ q̃ falsum de morte filii nuntiũ incusserunt. sed ille siue non credidit, siue religionem priuato luctui prætulit, reiecto omine, quod inchoauerat peregit opus.

De Fabii Ambusti filia.

NEc Fabii Ambusti filia tã tristis, & lachrymis suffusa se se patri obtulisset, nisi patritiũ splendorẽ, & cõsulares fasces quorũ strepitũ expauit, sorori inuidisset. cuius intẽpestiuæ lachrymæ magnis Romanã ciuitatẽ impleuere motibus, astruxerũt cõsulatũ plebi curulis sellæ, & fasciũ ad id tẽpus ignaræ, mixtusq; ordinum sanguis miscuit & honores.

De Papyrio Dictatore.

MAiore ne iustitię affectu, an iuidiæ Papyrius Dictator Fabiũ magistrũ equitum in castris primo, mox ad po. Ro. fuerit atrociter insectatus, nemo (ut arbitror) facile dixerit. occiderat ille occidione (q̃d satis cõstat) dictatore absente ad xx. & amplius hostiũ millia una acie ex occasiõe eos adortus, cũ iussus esset a dictatore nihil mouere, q̃diu ipse abesset, aut igit Papyrius nobilẽ illi uictoriã inuidit, aut nimis contẽpsit Ro. Legiones, maiestatẽq; Ro. po. cuius precibus nunq̃ cessisset, nisi ueritus esset ne soluto impio illius suffragio, cui id obstinatius negabat reus absolueret.

De multorum inuidia.

EST hoc ciuitatũ peculiare malũ, uñ discordiæ, seditiões, intestina bella sæpe orta affectatur inuidia fœlicitatem. nuncq; euntis uestigio hæret, nunc ex oblĩq̃ assilit, occursatq; a fronte, nec patit solidũ esse fructũ, q ex rerũ successu percipiendus est. Idem sane affectus, aut solus, aut præcipuus Cimonẽ tam infestũ reddidit Pericli, Anytum Alcibiadi, Epaminundã Pelopidæ, Hannonẽ Annibali, Fabium

maximũ Scipioni, Marcellum Cæsari. ꝓtexuit (scio) alius aliam causam suo odio, sed dissidij origo aut ex odij fonte orta est, aut liuentibus fuit aquis respersa.

DE IRACVNDIA. CAP. III.

De Saulo Rege.

NEmo unꝙ in uitio a primo ortu fuit, sed sua qſqꝫ fit culpa improb⁹. Sũt medij quidã mot⁹ aioꝝ, qbus si male utaris, fiũt uitia, sin aliter, uirtutes erũt. q ẽm peccãti irascit̃, ut uitiũ corrigat, nihil inhũane facit. q iniuriã dãnat, aut illatã ulcisci t̃ fortis hic & iust⁹. at q irã nõ frenat, sed ꝑceps rapit̃, is imani est belluæ similior, ꝙ hoi. extãt uaria, & atrocia huius uitij exẽpla. & in his illud Sauli regis, q ob Dauidẽ, quẽ infense oderat, qa apud Abimalechũ fugiẽs ille i hospitio fuisset regiæ iræ ignarꝰ, nõ solũ hospitẽ ipm, sed Nobeã etiã hospitalẽ urbẽ incẽdit, ciuibusqꝫ oĩs sexus, & ætatis ferro deditis. fuitqꝫ miserabilis illa clades eo calamitosior, ꝙ qnqꝫ & octoginta sapiẽtia & diuinatiõe illustres Abimalechi causa, extrẽo sũt supplitio affecti.

De eodẽ, & Anna Caiphę socero

COntorsit idẽ spicula nõnunꝙ medio affatu in Dauidẽ, ut in uestigio trãsfigeret. sed insania fuit hæc dicit aliqs. Insania fortassis. nã parũ (ut fert̃) fuit mentis cõpos. at nõ insanus Anna pontificis Caiphæ socer, qui cũ uerũ audiret, tanꝙ blasphemiam audiuisset, ita ira excanduit, ut uestem a pectore consciderit.

De Synagogæ ira.

OBstruxerunt sibi aures ad Protomartyris uocem Cyrenẽses Alexandrini, & quicunqꝫ ex synagoga illi litem intenderant, uictiqꝫ iuuenis sapientia, ira accensi urbe eijciunt, eiectum lapidibus obruunt.

De Ira principum in martyres.

SAnctoꝝ supplitia hinc potius, ꝙ ab ultione ꝑfecta. lucẽ oculis admotã, ferre non poterant. insania, & furore adacti principes malorum dæmonũ cultores, pietatem pro noxa, lucem pro tenebris, diuinitatis opera, pro præstigijs habuere.

De Ecelino tyranno.

ECelinus, q ut sæpe est memoratũ, sęuitię fama nulli tyrannoꝝ cessit, uictus ꝑlio ad Soncinũ, ubi res suas sensit una pugna accisas, uulnus, q̃d in acie acceperat, fotũ, & circũligatũ frendẽs ira, frendẽsqꝫ in morẽ sęuiẽtis ferę unguib⁹ conscidit.

De Suitensibus.

SVitenses Germanicum genus hominũ, qui & Suitari dicuntur, cruenta quadam in finitimos uictoria, hostium cadauera, pro puluinis sibi subijcientes ibi loci, ubi fuerat dimicatum, discubuere. fueruntqꝫ ex his qui ira & odio inexplebili hostilem interim cruorem hausisse dicantur.

De Factiosis Italiæ urbibus.

SEd nusꝙ gentiũ maiora ira, & argumenta extiterunt, ꝙ in factiosis Italię urbibus, cũ nostra tum patrũ memoria, ubi principes factionũ in inimicoꝝ potestatẽ redacti, uiui quidã cõbusti sunt, in crepundijs pueri interfecti, ꝑgnantes matronæ execto utero cũ partu crudeliter ꝑemptæ, multi ꝑcipitati, exenterati quidã cordaqꝫ ad obprobriũ suspensa, ac diuerberata. sed qles fuerint eiusmodi carnifici næ illud declarat, ꝙ clemẽtia fuit hoiem subijcere securi, aut laqueo necare.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Alexandro.

IRa(& si temulētię mixta) Alexandrū Macedonē toti⁹ oriētis uictorē in Clytum nutricis suæ filiū, a q̄ fuerat ad Granicū amnē seruatus, pnitiose armauit & quē puincię pfecerat, cōuiuio admouerat, subita ira accensus ferro traicit.

De Pyrrho rege.

PYrrhus rex Sicilia relicta, prio in Italiā appulsu in Mamertinorꝫ Phalangē incidit, q nō ausi regē a fronte lacessere, extremū agmen adorti duos elephātos & eos q circa belluas dimicabāt, priusq̄ rex eo occurrerit oppssere, & iā cœperat turbari extrem⁹ ordo, cū Pyrrhus suorꝫ picul o cōmot⁹ in mediū sese certamen iniecit. hic accepto uulnere ægre hostē a se pulsabat. anceps itaq̄ erat pugna, cū Mamertinorꝫ un⁹ pcera statura armis fulgēs, atq̄ in medio stans regē si uiueret ad pugnā puocat. ea demū cōtumelia rex inflāmatus eo occurrit, ac tam ualido ictu hostē pcussit, ut ferrū capiti adactū ita ad ima descēderit, ut magno spectantium stupore dimidiatum corpus in duas partes abierit.

De Romano milite.

CVm Cānensi acie uictor Annibal Romana lustraret cadauera, repertus est Roman⁹ miles exanimis incubās semineci Pœno, cui armis (ut credere est) amissis, aut certe manib⁹ defectis, adeo nasum, labia, & mentū mordicus laniauerat, ut ne hūana quidē effigies supesset ampli⁹.

De Perse Rege.

PErses rex a Paulo Aemilio uictus, duos ex suis se cōsolari adortos unum post alium interfecit, ira, & dolore præcipitātibus. tam atrox facinus in causa fuit, ut confestim ab his, qui ad obsequium parati erant, sit destitutus.

De Nerone Principe.

NEro princeps nuntiata Galliarum & exercituum defectione, cum forte discumberet, præ nimia ira mensam subuertit, fregitq̄ duo immensi pretij pocula, quibus in tam uoluptuoso principatu, nihil fuit illi uoluptuosius.

De Mahomete Othomano.

HAbuit Bizātij Mahometes Othoman⁹, q duo cuertit impia, uoluptuariū secessum, huc cōfestim ingresso aderāt illi duo (ut fert) ex ōmi puerorꝫ multitudine, q ad fœdissimū usum ibi loci alebant, forma elegāti, & hilari aspectu. his ille utrinq̄ inixus solebat citro ultroq̄ p hortos deambulare, obseruaueratq̄ interim rex binos pubescētes cucumeres, q̄s cū eo reuersus nō inuenisset, adeo in subitā irā exarsit, ut pueros, qa paululū diuersi aberrauerant expostulatos, ac ptinaciter negātes a se decerptos, arrepto gladio, quē de more ad latus suspēsum gestabat, unū post alterum a stomacho resectū patefecerit, uter eorꝫ furti author fuisset explooraturus, cū neuter fuisset.

De Xanthijs.

BIs Xanthij in Lycia parētes, liberos, & uxores, ira & desperatiōe iterfecerūt, urbēq̄ insup cremarūt primo bello Persico. inde post aliq̄t ætates ciuili bello, q̄d Bruto, & Cassio ducib⁹ est aduersus triūuiros Antoniū, & Octauianū in Asia & Europa gestū.

De Xanthia muliere.

FVit in his Xanthiæ mulieris exitus omnium maxime memorabilis, quæ se in publico excidio, laqueo suspendit, paruum filium a se enectum manu una tenens, altera incensam facem, ut omnia secum perderet, absumeretq̄ totam domum incendio.

DE SIMILIBVS CASIBVS, ET EVENTIS. CAP. IIII.

ANceps & incerta reputatio est, casu, & fortuna fiat, ut in sũma rerũ hũanarũ uarietate, tãq̃ in uberrima aliq̃ materia, q̃dã eũdẽ exitũ sortianť, deferãturq̃ in eũdẽ casũ, an ad similitudines edẽdas idonea sit poti⁹, & certa rerũ series, & certis contenta numeris, cuius discursu necesse sit interdũ idẽ in plurib⁹ euenire. q̃cq̃ impiũ sit (puto) hic fatũ, aut fortunã noiare ubi ꝓuidentia pẽsanda est.

De Arabiæ infœlicitate.

VT cũq̃ tñ hæc æstimanda sunt, mirũ uideri põt, ꝙ in una eadẽq̃ terra, q̃ Arabia est, ductu olim, & infœlicib⁹ Cham (q fuit Noe filius) auspicijs, prima ueri dei orta sit obliuio, mox uero multis ætatibus interiectis ibidẽ terrarũ Christianæ sint fidei, ueræq̃ luci tenebræ obortæ, Mahometis execrabili instituto.

De Samsone, & Hercule.

QVid ꝙ duo imẽsi roboris uiri, inuictiq̃ fortitudinis, hic in terra Græcia, in Iudęa ille, ambo eodẽ tpe claruerint, sintq̃ famã auspicati a leonis interitu, muliebri fraude ambo periclitati?

De filijs Israelis.

AGe uero nonne & hoc mirabiľ, mysticę rei ignarus, ꝙ bisseni fuerint Israelis filii, totidẽ & Christi discipuli. & in his unus, Iudas noie, un⁹, qui tricenis sit nũmis uẽditus. tricenis & Christus? fuitq̃ ille sub terra, uiuusq̃ inde receptus est. fuit & hic, q ꝓpria uirtute surrexit. uiderũt illũ frẽs sublimi solio sedentẽ. uiderũt hũc discipuli cœlũ scandentẽ. spectabũt postmodũ oẽs gẽtes cũ ad dextrã sũmi sedebit patris hũanũ gen⁹ iudicaturus.

De tribus Herodib⁹.

FVerũt tres clari in Iudęa Herodes, nõ magis inter se similes noie, q̃ & hũanæ salutis interpolandę studio, quorũ is innocentiũ cruore crudele soliũ respersit. fili⁹ Christũ regẽ ꝓ despicato a se dimisit. nepos Barionã uinxit, Iacobũ interfecit.

De Totila.

BIs Roma a Totila Gothorũ rege obsessa est, bis fame fatigata, bis ab Isauricis militibus noctu prodita.

De Alexandro pontifice.

ACcidit & illud insigniter, ꝙ Alexander Romanus pontifex, huius nominis secundus, quiq̃ tertius, & quintus fuit eiusdẽ nominis, schisma & Antipapam sunt non sine erumna perpessi. erat & sextus Alexander tum pontifex cum hæc cõmentaremur, qui & si non alterum uidit aduersus se pontificem creatum, tulit tamen primorum antistitum secessionem.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Troia.

FVit & Troię, q̃d ad Ethnicos attinet, equus semꝑ exitialis. ob Laomedõtis eq̃s, primũ urbs capta est ab Hercule & excisa. dein lignea effigie, pari euẽtu uenit in hostiũ potestatẽ. postremo Charidemi ductu, cũ equus ferro cõfossus cõcidisset, fuit iacẽs Ilięsibus, q̃ min⁹ fores irruẽtib⁹ obijceret hostib⁹, impedimento.

De duobus Aphricanis.

NEc minus infesta fuerũt Carthagini duorũ Scipionũ noia, quorũ is Punicas fregit opes, ille funditus euertit. reddidit hic Carthaginẽ tributariã, ille solo æquauit.

De Actęonibus.

TVlit nõ un⁹ Actęonis nomẽ, sed infœliciter, & laniatui obnoxiũ. duo apri occursu ꝑempti. Syr⁹ un⁹, alter in Arcadia, terti⁹ in Bœotia a canib⁹ discerpt⁹, Amatorius furor ultimũ laniauit.

De Fortuita luscitate.

FVit (q̃s ignorat?) & hoc fortuitũ, cæterũ tale, ut fortunæ inuidia cõparatũ credi poſſit, ꝙ clariſſimi duces altero oculo priuati ſunt, ſupfueruntq; diu ſuæ orbitati, Philippus rex, qui magni fuit Alexandri pater, Antigonus, qui Demetrij, Annibal Barchinus, Sertorius Marianarum partium dux acerrimus, & noſtra tẽpeſtate Federicus Vrbinas ueteribus magis, q̃ ſui tp̃is ducibus comparandus.

De Cantabris.

CAntabri ultimi Hiſpanarum gentiũ domiti a Romanis, ultimi a Gothis ſubacti, ijdem cætera Hiſpania amiſſa Sarracenis ſoli omnium reſtitere, dubium caſu an conſtantia gentis, & indomita ui, quæ aut uincere norit, aut cadere.

De Auguſtis, & Conſtantinis.

AVguſti cognomẽ tulit, q primꝰ Romę imꝑauit, Auguſtus & q ultimꝰ, a Cõſtantino Helenę filio cõditũ Bizãtij imperiũ, ſub Cõſtãtino, quẽ Helena peperit euerſum nr̃a uidit ætas.

De .C. Cæſare.

MArtijs Idibꝰ natꝰ eſt Cęſar dictator, eodẽ die optimatiũ cõſpiratiõe in curia cõcidit tribꝰ & uiginti uulneribꝰ cõfoſſus. Põpeio q̃q; magno, q primꝰ fuit uitæ dies, fuit & ultimꝰ.

De Ternario Numero.

TEr opima ſpolia Romã relata, ter cũ Carthaginienſibus bellatũ, eorũq; ſemꝑ infœlici euentu, ter Capitoliũ deflagrauit. duo Bruti libertatis aſſertores, ijdẽ aſſertã tuendo mortẽ oppetiuere. duo eiuſdẽ nois Mutinæ obſidione fatigati, M. Bruti pater, & decimus Brutus, qui unus fuit ex percuſſoribus Cæſaris.

De Lyſicide, & Pitheo.

LYſicides, & Pitheus fratres, ex huius filia, quæ Aethra fuit, Theſeus ortus, ex Alcmena, quæ ex illo genita eſt, Hercules, duo Græciæ lumina. pari euentu Peleus, & Telamon Aeiaci filij omniũ, qui ad Troiam militarunt fortiſſimos genuerunt, hic Achillem, ille Aiacem.

De Dierum quorundam fœlicitate.

QVarto die menſis, quem Athenienſes τὸν ἑκατομβαιῶνα dixerunt, duas clariſſimas pugnas fœliciter Græcia depugnauit ad Leuctra, & Geraſtũ, quibus uniuerſæ genti libertas quæſita eſt. Perſæ ſexto Andromonis die ad Marathonem ingenti prælio uicti, tertio eiuſdem menſis ad Plateas, & Micalem. eodẽ menſe Athenienſes in Chio ingentem pugnam fœliciter depugnarunt, & ad Salaminem multo fœlicius aduerſus Xerxem cum tota Græcia, uicit & Tymoleon Corinthius Carthaginienſes ad Granicum amnem in Sicilia.

De Menſis infœlicitate.

SEd q̃ hic menſis Gręciæ fœlix tam ὁ μεταγειτνιὼν infauſtus, quo mẽſe in Cheronea Philippo, & ad Cranonem Græci prælio ſuperati ſunt, bis Thebæ captæ, & exciſæ, cum myſteria tenerent. eiſdem diebus Athenienſes Macedonum præſidium accepere, & ab Attalo ſunt rege uicti.

DE ORACVLIS. CAP. V.

De Iſraele.

INter nocturnas imagines, quæ multæ, & uariæ ſunt, nulla certior, ueriorq; cum rerũ euentu, tum hominũ opinione probata eſt, q̃ quæ ex numinis appropinquatione conſtat, aut parentũ ſanctioriſue ꝑſonę per quietẽ monitu uel affatu, qualis ſpecies Iſraeli in deſerto dormiẽti obuerſata eſt. Is altiore ſomno

pressus in solitudine, imaginatus est cernere se scalas a terræ facie in cœlū surrectas multosq; mirāda specie iuuenes forma q; augustiore humana, ascēsum p eas, descensumq; moliri, tū uero doceri sibi uisus est cœlesti uoce, ut pgeret in Mesopotamiā ire, fore, ut nuptiæ, q̄s aio agitaret, nō solū pspere cederēt, sed mirāda indole sobolis incremēta ad posteros uētura, futurāq; eā stirpē oībus terris celebrem. (nec defuit oraculo euentus.

De Mosis patre.

PAri fide sequēs oraculum illustratū, Amaramis Iudæorų unus pietate insigni, cū crudelissimo Pharaonis edicto oīs Iudæorų pgenies p deplorata haberet̄ media qete iussus est dare operā pcreatiōi, fore ut filius ex eo nasceret̄, q fractis Aegyptiorų opibus populū seruitio eximeret. Moses inde orit̄, q̄ nec sanctior nasci potuit ad religionē sanciendā, nec ad uindicandā libertatem magis idoneus.

De Samuelis umbra.

MOnstrauit & Samuelis umbra Saulo uiolāti, q̄ tristis pugnę exitus regē ipm & oēm regis pgeniē maneret. sed ferox ille nimis, q tā funesto plio nō abstinuit, uel q abstinere nō potuit, aut certe qa nō credidit.

De Iosippo.

NEc adumbratio illa leuis, q̄ Iosippus deiparæ custos, & fidus comes, p qetē iussus est Aegyptū petere cū puero nup nato, & matre eius, ac tā diu pcul abesse, donec Galilea indigenis pacaret̄, essetq; minus infesta ab crudelissimo (Herodis imperio.

De Magis.

PAri miraculo tres illi qui ab oriente uenerunt magi, ut Christum nuper natū adorarent, intempesta nocte moniti, ne ad Herodem reuerterentur, quē Hierosolymis conuenerant, rati (quod erat) cœli numen interesse iis, quę fierent, ab hospitali urbe diuersi domū abierunt. sed nulla re sacræ literæ pluribus scatent exemplis. Nam quotus quisq; religionem adiit, qui nō aliquo instructus oraculo, uisus sit sibi diuinæ uoci, non nocturnæ imagini obtemperare?

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Aenea.

AEneas ex Ilio pfectus pter Creusæ idolū, & deorų Pœnatiū affatū, monitus ab Anchisa patre p quietem, Sybillæ antrū adiit, & Elysios circuiuit campos.

De Alexandro Macedone.

VRbē in Aegypto cōditurus Alexāder, anceps cōsilii ubi loci eam potissimū ædificaret, intēpesta nocte dormiēti senex astitit uenerabili specie, q Homericū illud incinuit, Prętęrea undisono qdā iacet insula pōto, Quā Pharon appellant, Aegyptia litora cōtra, q̄d oraculū Macedo secutus Alexādriā, ubi hodie (uisit̄, auspicatissime cōdidit

De .C. Graccho.

INfœlicissimo fratris exitu territus. C. Gracchus pertinaciter abstinebat a reipublicæ administratione, horrebatq; optimatium potentiam, cæterū graui somno pressus, imaginatus est se a fratre moneri ne publicam causam metu proderet, esse in fatis, ut ipse quoq; similem exitum sortiretur. ut qui in tuenda Romana plebe non dissimili studio fuissent eundem uitæ exitum uterq; sortiretur.

De Octauio Augusto.

ERexit tonāti Ioui ædē in pte Capitolii Cæsar Augustus, quā Cātabrico bello uouerat, dedicatāq; qtidie frequentabat. uisus itaq; est sibi p somniū Iuppiter Capitolinus queri sibi cultores abduci, seq; rñdisse tonantē p ianitore ei appositū

ac mox tintinabulis fastigiũ ædis redimiuit, ꝙ ea fere tunc ianuis dependebant.

De Galba Imperatore.

GAlba qui post Domitium Neronem princeps fuit, sumpta uirili toga somniauit fortunam sibi dicẽtem, se ante fores defessam stare, futurũ, ut nisi ocyus reciperetur, cuicũꝗ obuio prædæ esset, mirum quod inde secutũ est, aperto atrio simulachrum deæ æneum cubitali maius iuxta limen inuentum. Id Galba omni tempore menstruis supplicationibus peruigilijsꝗ anniuersario coluit, quoad ludibrij illius præsentia destitutus, cum uita principatum amisit.

DE SOMNIIS. CAP. VI.

De Iosippo.

EST somniũ oraculi cõsanguineũ. utrũꝗ em̃ parit somn⁹, distãt tñ. in affatu hoc est positũ, illud in figura obscurę significatiõis, nisi diligẽs interp̃tatio adhibeaẽ. q̃lis fuit species illa, quã dormiẽs Iosippus imaginatus est se cernere, ꝙ oẽs defectæ segetis manipuli, q̃s frẽs secuissent uenerabũdi ad suos accederẽt, secuta recẽtior imago, q̃ uisus est sibi a sole, luna, & stellis adorari. q̃ nihil obscure ad ea ptinuerũt, q̃ in Iosippo postea euenere. potuit ipse puer (ut erat) a fratribus uendi. fatũ mutari nõ potuit.

De Regio Pincerna.

FVit & illud certi euẽtus, & si figura diuersum, q̃d regi⁹ Pincerna, & mox pistorum p̃fectus, p quietẽ uiderãt. hic treis se cistas ferre capiti impositas, duas panis, unã crudi obsonij plenã, quã importunæ uolucres diripuissent. ille treis opinatus est se vuę racemos exprimere, ex q̃bus regi mustũ ꝓpinaret. id duplex schema Iosippus interp̃tatus, pincernę ministerij restitutionẽ portẽdi significauit, alteri uitæ priuationẽ post triduũ, q̃ cruce finireẽ. nec defuit coniecturæ euentus.

De Pharaonis somnio.

SEcuta mox alia somnij spẽs obscuriorib⁹ adhuc uelaminib⁹. uidit Pharao rex Aegypti p quietẽ septenas boues hilari aspectu ab ripa fluminis ad paludẽ aberrãtes, q̃s totidẽ alię deformi macie, palustriꝗ loco emersę exceptas cõsicerẽt, q̃ duplex somnij imago Iosippi sagaci interp̃tatiõe soluta est, septẽ annoꝝ ubertate, lætitiaꝗ p nitidas boues demõstrata, p macie cõsectas portẽtosa totidẽ annoꝝ sterilitate.

De Amalechitæ militis somnio.

AGe nũc, & q̃lis fuit imago illa, q̃ Madianitis, Amalechitisꝗ excidiũ portendit. uastabãt hæ gẽtes Iudæã bello, fecerãtꝗ castra trãs Iordanẽ, in q̃bus miles unus dormiẽs uisus est hordeaceũ panẽ intueri, q p tota castra ꝓuolutus ingẽtem ederet stragẽ. nec defuit, q p despicatissimũ panẽ Iudæũ interp̃tareẽ, q cõtemptui esset hostibus. nec fides nõ breuiter rñdit. Iudæi Gedeonis ductu eadẽ nocte hostiũ castris insinuati, memorabilẽ ediderunt stragẽ. suntꝗ. c. xx. hoĩm a x. millibus occidione occisa.

De Martiani somnio.

MArtianus, q̃ Athilanis tẽporibus Byzantij imperauit, p somnũ uidit arcũ Athilæ regis distractũ nocte, q̃ ille in Pãnonia subita morte consumptus est.

De Genserici somnio.

QVid Genserici somnio potuit ne quicꝗ significantius mõstrari: fuit is Vandalorum rex, Romamꝗ cœpit, & diripuit. compelli sibi uisus est per quietẽ a tribus iudicibus deponere flagellum, quod in manibus haberet, a quo uisu pauci inde dies intercessere, quibus Barbarus rex desijt in humanis esse, quod futurũ

Paulinus Nolanus Antistes prædixerat.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Sacerdotum Somnio.

SVbtexā his Ethnica. Timoleonte Corinthio ad Dionysij tyrānidē euertendam in Siciliā ꝓfecturo, Proserpinæ sacerdotes somniasse dicunt̄ deas peregre ꝓficiscētes, & cū Timoleonre in Siciliā nauigare. q̄propter Corinthij sacrā triremē publice instruxerūt, instructæq; duarꝝ cognomē dearꝝ indiderūt. fuit expeditio illa tā ꝓspera Timoleonti ut numē aliq̄d gerēdæ rei nō solū interfuisse uideri possit, sed etiā ꝓfuisse.

De Alexādri magni somnio.

OBsidebat Alexāder Macedo Tyrū insulā iā septimū mēsem multa ope. erat q; anceps adhuc uictoria. cū p quietē Satyri species ludibūda illi obuersata est, refugiēs q̄ties in amplexū trahere conaret̄. cęterū post longā ludificationē uisus est Satyrus cōgredi, patiq; cōplexū. nō defuit q ex uocis interp̄tatione indubitatā sit regi uictoriā pollicitus, quia id nomen tua Tyrus latialiter sonet.

De eiusdem somnio.

NEc illa parū obscura significatio, q; idē rex sub id tp̄s, q̄ Tyro potit⁹ est qete p̄ssus cernere est sibi uisus Herculē, q a Tyrijs religiose colebar̄, e muro sibi dextrā porrigere.

De Philippi Regis somnio.

PHilippus Alexādri pater post primos Olympiadis toros p somniū imaginatus est, se signū aluo cōiugis imprimere, cuius figura leonis esset. q̄d ad Alexandri potētiā haud dubie ptinuit.

De Olympiadis somnio.

OLympias (q̄d magnitudinē futuri partus ꝓculdubio portēdit) nocte, q̄ Philippi toros passa est. existimauit facto tonitruo fulmē suis se uiscerib⁹ insinuasse, ex cuius sulfure magnū emicuisset incēdiū, idq; in flāmas late diffusas abijsse.

De Dario Regis somnio.

QVā p̄terea euidēs demōstratio in qete Dario regi cōtigit. q nisi cōiectorib⁹ ad grām magis q̄ ad fidē imaginē trahētib⁹ credere uoluisset, p̄uidisset nihil obscure excidiū, q̄d suo regno iminebat. uidit ille p quietē Macedonicā phalangem igni late depasci, Alexandrūq; sibi ministrare ea amictū stola, quā ipse olim regi seruiēs gestare erat solitus, eūq; postea q̄ belli tēplū intrasset ꝓtin⁹ euanuisse.

De Cæsaris Dictatoris somnio.

ESt & Cæsari dictatori futura potētia p somniū demōstrata. dormiēs existimauit cū matre coire, q̄ nocturna species (ut somniorꝝ cōiectores interp̄tati sūt) terrarꝝ iperiū illi p̄signauit, q a terra sit oim mater, quā subactā sibi uiderat p qetē.

De Octauij somnio.

OCtauius Augusti Cæsaris parer cernere sibi uisus est, cū alto somno pressus iaceret, solare iubar ex Acciæ coniugis utero ortum. q̄d ad filij celebritatem haud dubie ptinuit. accessit recens imago Acciæ, q̄ sub ipsum puerperij tp̄s p quietem putauit sua uiscera in cœlū extolli, explicariq; p oēm terrarꝝ, & aeris ambitū.

DE PRODIGIIS. CAP. VII.

REpudiauit Christiana pietas, uanā, & sup̄stitiosam illā ueterū Romanorꝝ aliarumq; gentiū circa prodigia oia, & ostenta obseruationē, oia ad diuinā prouidentiā, pie & sapienter referens. cæterū tam sæpe res sacris est literis repetita, ut silentio p̄terita, aut ignorata credi possit, aut parum animaduersa. Ast ego satis me

facturũ religioni arbitror, si qequid hoc est, q̃d uana uetustas supstitiose seruauit, ad ꝓuidentiã refero, piaq́ uoce tester, nihil sup̃ nihil infra fieri, q̃d nõ numinis aut iussu fiat, aut ꝑmissu.

De prodigioso Nili fluxu.

PRodigiũ uocet Ethnicoꝝ ꝑsuasio, ac tetrũ quidẽ & horridũ, ꝙ Nilus cruẽtis aquis fluxerit, ꝙ phrhiriasis nõ unũ aliquẽ Aegyptiæ gentis (ut assolet) sed oẽs ipsius terræ indigenas uno tempore corripuerit, ꝙ Ranæ coaceruatim enectæ, cœlum, & omnia infecerint, & locustæ agros depastæ sint, & grando ingens de cœlo missa nihil in agris reliquũ fecerit. ꝓdigiosa hęc sunt (quis ignorat) apud mysterij ignaroꝝ, q sacras literas attigerunt, ut uerius ita libentius miracula dixerint.

De Masphatana tempestate.

NEc alio q̃ ꝓdigij loco ꝓphanũ uulgus ponat, & Philisteis ad Masphaton in acie stãtib⁹ lacessentibusq́ Iudęos, ac cõuicio insectãtibus, ꝙ metu, & igna uia in edito se tenerẽt, ex improuiso horrẽde mota sit terra, subsederitq́ in patentẽ hiatũ. sitq́ ꝓcella ingẽs secuta cũ uẽtoꝝ turbine, q̃ tãta ui aciẽ afflixit, ut Philistei uiolẽter rotati, attoniti, atq́ armis exuti, passim ut inertia pecora sint a Iudęis occidione occisi.

De prodigijs Iudçæ.

ANno quo Hierosolyma excisa sunt a Romanis Titi Vespasiani ductu, sydus gladij figura in cœlo apparuit ipsi urbi imminens, currus diuersis cœli regio nibus uagantes obseruati, & armatæ acies uisæ transnare nubila. hæ uoces, hæc tuba, hoc uerum cœli edictum, quo populus ille ad pœnitẽtiam reuocabatur. sed aut non credidit, aut cæcus, & pertinax cœli minas contempsit.

De prodigioso defectu fontis.

OBsidebat Belisarius, cum Italiam a Gothis uindicaret Vrbinum in Vmbria repẽteq́ fons unde tota ciuitas aquabat̃, sua sponte exaruit, qua subita defectione non aliter q̃ prodigio quodam perculsi Vrbinates deditionem fecere.

De Genuensi fonte.

GEnua, quæ Ligurum est caput, Io. huius nominis undecimo apostolicam te nente sedem, fons sanguinis prodigiose fluxit, nec multo post urbs ipsa est a Sarracenis capta, & miserabiliter afflicta.

De Prodigiosa maris bellua, & uolucrum certamine.

PRidie q̃ Veneti sint ad Sapiẽtiã Ligustico bello uicti, corui uolucres aduersis inter se agminib⁹ sup̃ classem cõflixere, q̃ꝝ cruor supne cadẽs triremes resperslt, remigẽ ad hęc ex una naui in aliã transilientẽ, imanis bellua deuorauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De .L. Sylla.

PRoficiscebat̃ ad sociale bellũ cũ florẽtib⁹ copijs. L. Sylla, cũ circa Lauernã ingẽs terrę hiat⁹ repẽte extitit. inde lucidus, & purus ignis ꝓtin⁹ emicuit, extẽditq́ ad cœlũ flãmã. fert̃ ita esse a uatib⁹ rn̄sum, futurũ ut cũ uir bon⁹, & singulari aspectu principatũ gereret, tumultuosus rerũ stat⁹ in meli⁹ mutaret̃.

De prodigijs, quæ ciuile bellum præcessere.

SEd nullo unq̃ tempore plura, fœdioraq́ expauit prodigia Ro. ciuitas, & reliqua Italia, q̃ primo ciuili bello impendente. Ignis ex hastis, quæ Ro. signa gestabant subito emicuit, estq́ ægerrime restinctus. treis corui pullos suos in uiam productos fœde laniarũt, q̃d ex laniatu supfuit in nidũ retulere, mures in templo

aurum rosere. captaq; ex his fœmina, ac quinos musculos in muscipula enixa, tris ex illis deuorauit. & q̃d oĩm maxĩe terrificũ fuit, puro, serenoq; cœlo tubarũ clangor in aere cõcrepuit, & lugubres intendẽs uoces, mortales metu, & pauore desixit.

De alijs prodigijs.

EST & illud ꝓditũ memoriæ. M. Acilio, & C. Portio Coss. lacte, & sanguine pluisse, carne uero sæpi⁹. ut L. Volumnij, & Seruij Sulpitij cõsulatu, & quã aues nõ diripuissent, incorruptã iacuisse. Pluit & in Lucania ferro, anno anteq̃ Crassus in Parthia perijt, oẽsq; cũ eo Lucani milites, quorũ magn⁹ fuit in eo exercitu numerus. Cosanũ apud Castellũ pluit lana, q̃bus locis sequenti anno est, T. Annius Milo interfect⁹. q̃ causam dicẽte pluit lateri b⁹, est & crepit⁹ tubæ a cœlo auditus Cymbricis bellis. ab Amerinis uisa arma cœlestia ab ortu, occasuq; inter se cõcurrentia.

De Prodigijs. M. Crasso oblatis.

MArcus Crassus ad Parthicũ bellũ ꝓfect⁹, cũ amnẽ quẽdã iũxisset põte, q̃ in hosticũ trãsmissurus erat exercitũ, tẽpestas subito coorta est cũ tonitruis, & fulminib⁹ ita aduersa militũ ora ꝑstringẽs, ut trãsitu ꝓhiberent, secura uis uētorũ ingẽs, q̃ ualide pontẽ disiecit. trãsmissum est nihilo seci⁹, locusq; ubi primũ Romanus fecit castra, fulmine ictus est. nulla potuisset uoce clarius demõstrari clades, q̃ duci & militib⁹ imminebat. cæterũ q̃a ita euenire oportuit, res fatis ꝓuisa, ut inopinata. & improuisa fuit pituris.

De ꝓdigioso equorũ fletu.

EQui quos. C. Cæsar initio belli in Rubiconis traiectu consecrauit, uagiq; & sine custode, ut emeriti pascebantur, sub id tempus, quo ipse iam Dictator interfectus est, pabulo abstinere comperti sunt, atq; ubertim flere.

De Aquilæ prodigio.

ILlud etiãnum memorabile, q̃ Triũuiralibus copijs ad Bononiã cõtractis sedit Aquila super Octauij tabernaculum, duosq; hinc inde coruos incessentes uehementer afflixit, uniuerso exercitu futuram Triumuirorum discordiam, & eius exitum præsagiente. sed omnia id genus exempla ponere superuacue sit opere præsertim, cum in his æstimandis, tam frequens fuerit, q̃ uana Ethnica superstitio.

DE OSTENTIS. CAP. VIII.

De Rubo incombusto.

SVnt Ostenta prodigijs haud dubie agnata. hæc diuersa tamen, quia illa natura fiunt, hæc præter ordinem naturæ, accelerantq; euentum, & si quæ tardius fiunt, præsignant nonnunq̃, ut Rubus ille, quẽ Moses uidit incombustum, cum Batuelis oues pasceret. ut huius uirga, quæ in Draconẽ sese uertit, prioremq; recepit formam, sed utrunq; mysticum, longiusq; traxit euentum.

De Ostento a Daniele uiso.

IAm uero & illud tardæ fuit significationis, siue ostentum dici oporteat, siue potius portentum, quod Daniel est intuitus. cum Susis in Mesopotamia esset subito, & horrendo motu terræ in publico deprehensus, in faciem concidit. hic cœlesti uoce iussus surgere, & cœlum intueri, conspicatus est arietem magnitudine immani plura habentẽ cornua, & in his eminentissimũ unum, quod extremo agnatum esset loco. inde hircus ab occasu ꝑ aerem delatus ab eo uisus, qui arietẽ altero capitis impulsu strauit, stratũ conculcauit. Ingens præterea cornu ex hirci fronte eminens productũ, quaternaq; illi cornua agnata in quatuor diuersas mundi pla-

gas obuersa,& in his exiguũ unũ,q̃d dũ orireť,reddita uox est ex ꝓximo id olim dei templũ crematurũ,trienioq; sacra inhibiturũ,p̃ q̃ diuino ille afflat⁹ spiritu Persici regni euersionẽ interp̃tatus,inclytã Alexandri uictoriã,& impietatẽ regũ,qui (ab eo fuerũt p̃sagijt.

De Regiæ domus Ostento.

SEruiebãt Iudæi seruitutẽ in Assyria,obtinebatq; Mesopotamiæ regnũ Balthasar,cũ in regia domo manus repẽte extitit ex dealbato pariete,q̃ hęc scripserit Mamæ,Thetel,Phares,numerũ,scilicet pondus, & fragmentũ, id ostentũ q̃d significaret unus oim Daniel p̃uidit,docuitq; eius regni excidiũ appropinquare.

De Iordanis fluuij Ostento.

IOrdanes Israelis progeniem postliminio reuersam, in Palestinam trãsmissurus retro cursum auertit,ne fatalem genti impediret accessum.

De Solis Ostento.

SOl p̃terea multo tardius solito occidit, ut Iosue speciosi⁹ uinceret. nullus dies Israelitis aut lõgior affulsit,aut lætior,uocet hæc aut dubie ostẽta diuinoꝝ operum ignarus,sed miracula uerius dicenda sunt hæc diuinitatis opa,& non naturæ (sua lege aberrantis.

De Olei Ostento.

SImile est q̃d sequiť,sed ab alijs aliter æstimabiť.sub id tp̃s q̃ deipara uirgo sacratissimo est partu soluta,Romæ Transtyberina regione oleũ terra erupit,perq; (integrũ diẽ ꝑpetuo manauit fluxu.

De Solis Ostento.

SEd nullũ(q̃d sciã)maius unq̃ in cœlo apparuit ostentũ, q̃ q̃ citra naturæ legẽ die quo Christus Theantropos in Iudæa cruci est affixus,Sol a sexta diei hora ad nonã obtenebratus est.stupuerunt miraculũ sapientes,naturaliũ rerũ gnari,& in his Dionysius Areopagita,qui ad tale ostentum exilijsse dicitur, atq; exterritus exclamasse,aut mundus soluitur,aut deus naturæ patitur.

De ignoti hominis Ostento.

ERat Mauritius princeps Gregorio Pontifici infestus,iminebatq; impius Imperator pientissimo uiro capitaliter.cæterum obseruatus est quidam omnib⁹ ignotus monastico habitu,strictũ tenens gladium,quem gladiatoris statuæ circũferens,alta intonuit uoce Mauritium ferro periturum, abstinuit ille uim tali territus ostento.perijt tamen nihilo secius.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Solis Ostento.

SAcræ Aegyptioꝝ literæ significarunt bis solem occidisse ubi oritur, ac totidem ortũ,ubi occidit,quo nihil a naturæ lege magis alienũ esse potuit.

De Mulæ partu.

CVm Darius rex Babylonẽ obsideret,uox hostis audita est, ex muroꝝ fastigio cauillãtis, tũ demũ Dariũ Babylone potiturũ,cũ mula pareret.tenuit inde obsidio annũ,& amplius.& iã desperatio capiendæ urbis,cæteros subire cœpat.cũ Zopyri mula enixa est.fuit Zopyrus Megabyzi fili⁹, q cũ Dario magos interfecit.editũ est id ostentũ,ac simul urbs Zopyri cõsilio, & arte capta est.

De Ostentis Romæ factis.

NVlla unq̃ ciuitas plura uidit ostenta,q̃ Romana,fuit enim omniũ maxime Hetruscæ superstitionis æmula,proditum est itaq; literis, bouem sub aratro locutum,puerum semestrem in olitorio foro triumphum exclamasse, sereno die

tubarũ sonitũ e cœlo auditũ, L. Martio, & Sexto Iulio Coss. i agro Mutinẽsi duos inter se mõtes ex aduerso cõcurrisse ingẽti crepitu assultãtes, spectãtibus id ostẽtũ siue qs portentũ malit appellare ab equitũ Romanorũ, uiatorũq; multitudine, pcessit id ostentũ nõ nihil sociale bellũ, q̃ nullũ ppemodũ fuit Italiæ calamitosius.

De Ostento in Mauricinis facto.

IN Mauricinis anno, quo Nero pestis humani generis principatu excidit, prata oleæq; media militari uia in contrarias sedes transiere.

De Ostento Cassini facto.

SVperat omnem admirationem ostentum, quod Licinio Crasso, & C. Cassio Coss. ut in Romanis annalibus proditum est, Cassini fieri contigit. ut ex uirgine quidam sub parentibus puer factus sit. hunc ætas illa adeo auersata est, ut aruspicum iussu in desertam sit insulam asportatus.

De simili Ostento Argis facto,

MVtian⁹ ter cõsul pdidit uisũ a se Argis Aristonẽ cui nomẽ Aristusæ fuerit, nupsisse etiã, mox barbã illi & uirilitatem puenisse, duxisseq; demũ uxorẽ, idẽ author est, alterũ a se puerũ Smyrnæ uisum, q pari sorte ex fœmina mas repente euasisset. par ostentũ & in Cossitio Tysdritano factũ, q nuptiarũ die in marẽ mutatus est.

De quibusdam alijs Ostentis.

MVlto fœdiora hæc, magisq; terrifica, q̃ mulæ partus, aut Albani lacus subitum incrementum, aut q mare sub id tempus, quo Dionysius tyrannus regno excidit, dulce sit factum, & potabile in portu.

DE OMINIBVS. CAP. IX.

De Mose adhuc puero.

EXcusat uocis ratio illorũ errorẽ, q in v̄bo dũtaxat omen posuerũt. sed bonorũ pars multo maxima nõ magis (ut uideo) uocis q̃ rei omẽ uocauere. adijciũt illud quidã nihil horũ, q̃ omẽ afferunt, ad eũ ptinere, q id in se nõ recipiat, nec sua interesse arbitreẽ, q̃ ex suo alienoue ore imprudẽter excidũt, aut incõsulto fiũt. & ut uetustiora dicanẽ, indubitatũ id omẽ fuit eorũ, q̃ postea secuta sunt, q Moses adhuc infans, coronã capiti admotã cõscidit, plectãq; pedibus conculcauit.

De Io. Zachariæ filio.

EIusdẽ generis est, sed admiratio maior, q Io. Zachariæ filius nõdũ in lucẽ editus, indubitato pphetici spiritus argumẽto, sub ipm almæ uirginis ad Helisabetã matrẽ ingressum, gestienti similis, uisus est sentire seruatorẽ humani generis adesse, q uirgineo gestaret utero.

De Magorum Omine.

POtest & illud ad hoc referri, q myrrha, ture, & auro sit a Magis donatus Theanthropos Christus adhuc infans, ut plus Magi oino dederint, q̃ tũc dare se arbitrarenẽ.

De Simeone.

IMpie faciat, q nõ pphetiçæ mẽtis fuisse autumet Simeonis illud ad deiparã uirginẽ, cũ optatũ in manib⁹ senex hũane teneret redẽptiõis pign⁹, & hic gladi⁹ tuã ipsius ptransiuit aiam. uana tñ supstitio omen libẽtius, q̃ oraculũ dixerit.

De Cayphæ Dicto.

PAri interpretatione alij alio uocẽt nomine, q Hebræorum pontifex Cayphas pro concione effatus sit, oportere unum mori pro populo.

De pueris Hebræorum.

VEl quæ tam euidens significatio fuit in uoce unq̃,q̃ in puerili illa acclamatione,Osanna fili Dauid.notũ est carmen,per quod Christus rex pullo sedẽs asinę a uenerabunda ciuitate,Hierosolyma ueniens exceptus est.

De Iesu Anani filio.

NEc ciuitas ulla ominosius quicq̃ audiuit, aut uidit,q̃ Hierosolymitana sub id tpˢ q̃ excisa est a Tito Vespasiani filio.Iesus Anani ignobilis alioq rustici filiº, cũ ad solẽne sacrũ uenisset,q̃ A ttegiæ statuebant in tẽplo,phanatico spiritu repente impulsus,uociferari exorsus est.uox ab oriẽte,uox ab occidẽte,uox a quatuor uẽtis,in Hierosolyma & tẽplũ,uox in sponsos,& nouas nuptas, uox in oẽm ppl'm.hæc irreqeta uoce clamitãs sæpe correptus,ac magistratuũ iussu flagro cæsus mutare nõ potuit,ac ne fleuit quidẽ,aut ingemuit cũ atrociť cæderet.nec medio supplitio est qppiã supplex locutus.septẽ annos nullũ adijt.cæterũ ceu meditans,illud frequẽs sonare,Ve Hierosolymis.urbe a Romanis circũsessa cũ muros circuiret,ue ciuitati ingeminãs,ue tẽplo,ue uniuerso populo,factũ est ut illud insolens adiecerit,ue mihi etiã,atq; in ea uoce hostili tormento ictus concidit.

De Constantino Imperatore.

COnstãtinº impator cũ forte aciẽ in aduersum hostẽ instrueret,crucẽ in cœlo intuitº est.simulq; uocẽ audiuit,uince in hoc signo,accepit omen,siue oraculũ illud Cõstãtinº.ac simul uictoria secuta est.

De Ro.po.Omine.

REcens rei memoria est,quæ sequitur.sed omen cuicunq; ueterũ insigni euentu comparandum.prodijt frequens Romana ciuitas obuiam Aeneæ Picolomineo antistiti supremi ordinis Romam ad noui Pontificis creationem uenienti. mirum hic accidisse aiunt,dubium præsagio an ciuium studio,pars(quod satis cõstat)ciuitatis multo maxima pontificem salutauit. fuitq; id omen illi ratum. creatus est illis ipsis comitijs Pontifex,Piusq; cognominatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Numa Rege.

FVit certi instar ominis in Numa rege,q eodẽ die q̃ est in Sabinis natº,Roma est cõdita a Romulo,in q̃ ipse postea secũdus a cõditore legitime regnauit.

De Centurionis Omine.

TEnebat difficilis cõsultatio senatũ esset ne Roma instaurãda a Senonibº Gallis recepta,an populariter Veios migrãdũ.cũ ex ea pte fori,q̃ curię adiacebat Cẽturiõis uox ex p̃sidio redeũtis audita est,sta signifer.hic optime manebimº.q̃d omen magno ordinis cõsensu acceptũ fecit,ut urbs retẽta sit,& rogatio de noua colonia fuerit antiquata.

De Tiberio Graccho.

TIberius Gracchus die,quo optimatum conspiratiõe in Capitolio perijt,cum domo egrederetur,limini pedem offendit.adeoq; grauiter maximus pedis digitus est conuulsus,ut conscisso ungue cruor toto calceo manarit.

De Mario Arpinate.

SEd q̃ triste fuit illud Gracchi omen,tam lætũ & optabile,q̃d in.C. Mario extitit.erat is adolescens, merebatq; sub Scipione Aemiliano in Hispania incidit forte sermo apud ipsum ducem exercitus de claris imperatoribus,ac rogatus Scipio,quem post ipsum habiturus esset Ro.populus summum ducem.tum ille leniter.C.Marij humerum tangens,hic erit inquit omnium præstantissimus.

De altero eiusdem Omine.

EXtulit uox tāti ducis haud aliter Marium,q̄ oraculum quoddam certissimū, ut iam inde non nisi magna,& excelsa sibi proponeret. sed maiore (ut credere est)alebant̄ omine ingentes illius spiritus,q tam in prosperis,q̄ in aduersis infra dicti in eo apparuerunt.puer cum ruri aleretur,septem aquilarum pulli reperti sunt a matre in eius gremio.responderunt interpretes taliū ostentorū super ea re cōsul ti fore,ut septies rempublicā imperio receptā suo p̄sidio tueret̄. idē omen effecit, ut ne in extremis quidem rebus Marius defecerit ueteri oraculo confisus.

De Cæsare Dictatore.

CAesar dictator cum in Aphricam aduersus Pompeianorum reliquias exercitum deportasset,ac primo litore naui egressus concidisset, uertit confestim omen in melius,exclamans,teneo te Aphrica.

De Calano Gymnosophista.

NOta est & Calani ominosa uox.fuit is Gymnosophistaq; unus, diuq; comitatus est Alexandri castra.postremo uiuus statuit incensam pyrā ex gentis instituto insilire.cū igitur spectante exercitu in subiectas pyrę flammas insulturus staret,interpellatus ab Alexandro,rogatusq; an mandaret aliquid,mox paulo inquit te uidebo.Impleuit id omē ipsius ducis interitus, q nō multo post secut[9] est.

DE PRAESAGIIS. CAP. X.

EST præsagium prudentia quædam,& solertia animi futura præsentientis, distatq; ab omine,quod prudens ab imprudente.uigilans,ab eo,qui dormit.qui omen facit,nescit se facere,qui uero præsagit,attentione,& soletia quadam,quod futurum est,præuidet.& si causa non semper nota est.

De Israele.

ERat Israel iam senio confectus,plurium filiorum pater,in tanto tamen natorū grege de Iosippi uita, & incolumitate erat supra modum solicitus, ut unum illum intueri,unum penes se habere,nec temere procul ablegare,indubitato mentis præsagio(ut credere est)fore,ut is omnium unus aliquando maximo foret patri desyderio, qui præsens patrium explere non posset affectum.

De Saulo Rege.

VIcit Saulus non uno prælio Philisteos,uerū suprema illa pugna,quæ fuit ipsi regi cum ea gente,fuit & humanoꝝ operū eidē ultimū,pręter solitum ab eo formidata est,tanq̄ sibi etiā & suis funesta, nec mens futurorum solicita, passa est illum prius in aciem descendere,q̄ Samuelis umbra exploratum habuisset,imminere regi,& ipsi regiæ stirpi excidium,quod sagax mens antea præcepisset. præsensit itaq; instare fatale tempus,sed fatū declinare noluit,aut certe non potuit.

De Dauide rege.

NEc illud aliud fuit,q̄ præsagium,fore ut in suorum ducum potestate esset,ut Absalon in pugna seruaretur.quibus ad prælium exeuntibus identidē Dauid rex imperasse dicitur,ut enixe darent operam,ut filius & si hostis, sibi incolumis esset,& extra omne uitæ periculum. præsensit mens illa fatidica filij exitium, sed fatali necessitati obuiam ire non ualuit.

De Magdalenes præsaga unctione.

HAbuit & Magdalenes unctio præsagij speciē, q̄ sub ip̄m dominicæ mortis

tẽpus Nardino unxit ungento Christũ regẽ & magistrũ, q̃ delibutus ille est, non multo post sepulchro cõditus. lauit eñ uetustas, & unxit defuncta corpa. ungi & in cõuiuijs moris fuit. sed diuinã sapientiã nõ latuit, qd sibi uellet præsaga unctio.

De Io. Ro. pontifice.

IOannes, q tertius & uigesimus fuit hui9 nois Roman9 põtifex, Bononia ꝓfectus (ubi studiorꝫ causa diu fuerat) Romã decreto petebat. Rogat9 ab inimicis q̃ iret, ad parandũ inqt mihi põtificatũ. adeptus est ille id decus. sed magno fortunæ ludibrio adeptũ amisit.

De Calisto pontifice.

MAgnum sane hoc, sed illud maius, præsagijq; multo euidentioris, in quodã Callisti tertij, q mea memoria cum adhuc puer essem põtifex fuit, cæterum ab eo nondum pontifice, ut quod ex ipsa constitit inscriptione. conscripto solenne uotum repertum est, quo in ordine adhuc manens, tanq; pontifex deo optimo maximo bellũ in Turcos uouit. ego inquit Callistus pontifex uoueo, ac ueti carmen absoluit scripto, cæterũ damnatus uoti, parauit in Turcum triremes aliquot, estq; eius auspicijs non nihil in eam gentem bellatum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Timone.

ODit humanũ genus Timon Atheniensis, nulli hominũ mitis, nulli blandus in occursu, prætereq; Alcibiadi puero, hunc unum in publico comiter excipere, caput demulcere, osculari, amplecti, rogatusq; aliquando unde illa comitas in solum duntaxat Alcibiadem? quia uideo inquit fore, ut hic adultus sit patriæ exitio futurus. nec ille sua est coniectura deceptus.

De Themistoclis magistro.

QVid Themistoclis magister nõne & ipse multo prius uidit, qualis esset is futurus, q a se instituebat? qppe q pueri illius indolẽ rimatus dixisse fert, nihil te paruũ o puer, sed certe magnũ aliqd siue bonũ, siue malum auguror futurum.

De Theodoro Gadareo.

NEc minus sagaciter Theodorus Gadareus rhetoricæ prçceptor, in Tiberio Nerone puero sæuam, lætãq; naturam deprehendit, apteq; & graphice descripsit obiurgabundus sæpe eum appellans lutum sanguine maceratum. Scribonius Mathematicus præclara de eodem infante spopondit, regnaturum eum affirmans, sed sine regio insigni, ignota scilicet adhuc Cæsarum potestate.

De Sylla Dictatore.

PRæsagium an aliud secutus dictator Sylla, non facile dixerim, uictus tandem amicorum precibus, qui. C. Cæsaris adolescentis supplitium deprecabantur, exclamasse fertur, haberent illum sibi, modo scirent eum, quem tantopere cuperent incolumem, optimatium partibus quandoq; exitio futurum.

De Octauio Augusto adolescente.

SVmenti Octauio uirilẽ togam, tunica Lati claui resuta ab utraq; parte ad eius pedes decidit. non defuerunt, qui præsagirent futurum aliquando, ut is ordo cuius illud insigne esset, ei subijceretur.

DE PRVDENTER, ET SALSE DICTIS. CAP. XI.

NOn pauci (ut arbitror) fuere, qui fortius, ac longe aliter q̃ senserint, aut uixerint locuti sunt, sed hi neq; sapientes habendi, neq; digni, qui ab alijs audian

tur. nihil humanę aures libētius audiūt ueritate, q̃ q̃d sentit loquit̃, uerax est. contra uanus, & mendax, q̃ multū diuersa ab ijs, q̃ sentit animus, effat̃. uerū om̄i tpe reperti sunt, & hodie quidē pleriq; reperiunt̃, qui naturā secuti, quae ueri amica est, nihil ficti loquunt̃. quod rectū putant, id probant. nec prudentes unq̃ mentiunt̃. nec ulla sui parte magis homo qualis sit, facilius dephendit̃, q̃ sermone. ut aera tinnitu, sic hominū ingenia uerboꝝ forma dignoscunt̃. quapropter operępretiū sit (arbitror) his subtexere, quae quisq; hoim obseruatu digna sit aliquando locutus, q̃ nō magis loquētiū authoritas cōmendat, q̃ extēporalitas. Nam tametsi a sapientibus nō nisi sapienter dicta ꝓdeunt, placet tn̄ & in his extemporalis sapientia.

De Christo Rege.

SCiscitati sunt Iudaei ab ipsa sapientia, esset ne census reddendus Caesari? ac simul Herodianos nummos protulerunt. apparebat si ad ea, quae rogabatur, rite respondisset, euenire oportere, ut aut impietatis reus fieret, aut maiestatis. tum doctor ille summus, dicite cuius inscriptio est haec? Caesaris aiunt. Reddite inquit quae sunt Caesaris, Caesari, & quae Dei, Deo.

De eodem Christo.

QVid praeterea tam uehemens, q̃ illud ad infringendam insectantiū calumniam, petulcamq; dicacitatem? caeca est inuidia, quae unū duntaxat nouit opus honesta, & fortia labefactare. aiebant Iudaei, in Belsabuth ejcit daemonia, tum suprema illa uirtus, si ego in Belsabuth, filij uestri in quo ergo ejciunt?

De Samsone.

SAmson uir fortissimus ubi insolubile aenigma a se aequalibus ꝓpositū, sensit ꝓ coꝝ uni ab uxore proditū, medio cōuiuio exclamauit, Nihil fallacius foemina.

De Dauide.

SVnt equidem multa a multis dicta, atq; aeque celebrata. quale illud Dauidis Dixit insipiens in corde suo non est deus, & alia his similia.

De Tathaeo Christi discipulo.

EXtat filij huius liber sapientiae nomine inscriptus, qui in uniuersum queat uitam hominis instruere sapienter dictis. sed recentiora id genus alia magis fortasse placebunt. quale Thatei illud (fuit is unus ex. xij. discipulis) qui ad Abagarū missus, cum rex, & multi cum eo illius praedicatione ad ueram fidem accessissent, congererentq; illi abeunti multum auri. tum Tathęus horū munera aspernatus, si nostra inquit relinquimus, quomodo recte accipere possumus aliena?

De Vigilio Ro. Pontifice.

APpellatus Byzantij Agapetus Ro. pōtifex a Theodora Iustiniani principis uxore de Anthemio antistite restituendo, negauit ille pertinaciter se id datu rum. erat Athemius haereseos damnatus. sed quia parum aberat, quin ui cogeret̃, putabā inquit ad Iustinianū uenisse, nō ad Diocletianū. fuit Diocletianus oim, qui impio potiti sunt, Chr̃iani nois inimicissimus, cōtra amicus, & fautor Iustinianus.

De Bonifacio Ro. Pontifice.

ODit inexpiabili odio Columnenses Bonifacius huius nominis octauus, insectatusq; est ad excidium totā gentem. signaturus itaq; cineritio die Prochetum Genuensem antistitem, cuius clarum erat nomen in factione, mutato carmine. Memento inquit homo, quia Gebellinus es, & cum Gebellinis in cinerem re

uerteris. atq; hæc effatus, oculis, non capiti (ut moris est) cinerem offudit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM De Fabio.

Svadebant amici Fabio maximo, ut quando segnis, & timidus Romæ haberetur, adire mallet pugnæ periculum, q̃ formidinis infamiā subire. tum ille, essem ego inquit uere formidolosus, si leuium hominum obtrectationes ueritus, a meorum consiliorum ratione discederem.

De Annibale, & Giscone.

MIrari sup̃ modū Gisco Pœnorū illustriū unus Romanā aciē ad Cānas in procinctu stantē. nec tā uehemēs admiratio carebat metus suspitiōe, ad quē ꝑtinus eludendū tēpestiue Annibal, at illud ait puto te multo magis miraturū, q; in tāto hostiū numero nemo est, q Gisco nuncupet̃. mouit ea uox risum astantibus, & spem maximā Pœnis attulit fiducia ipsius ducis, q in apto discrimine ioco nō abstineret.

De Barcha Pœno.

VIcit itaq; egregie Annibal, nec de Romanis unq̃ illi maior contigit uictoria, qua cum Pœnus dux frigidius uteretur, uir nobilis Barcha, uincere scis inquit Annibal, uictoria uti nescis.

De Fabio maximo, & Annibale.

REcepit Fabius maxim⁹ Tarentū a Pœnis nocturna ꝓditiōe, q̃ arte fuerat ab hoste captū, urbis igit̃ alienatione ad Annibalē delata, Tarentū (dixit) amisimus, ea arte, q̃ cœperamus.

De eodem Fabio.

SVstulit Fabius uictor ex ea urbe oīa fere ornamēta publica, ꝑter deorū statuas q̃d ut faceret ab amicis monitus, gn iratos deos (ait) Tarentinis relinquamus.

De Antiocho Rege.

MVltatus tota Asia circa Taurum Antiochus rex Syriæ a Romanis bello uictus, testatus est se magna cura liberatum, q; modicis regni finibus inclusus esset.

De Aphricano.

ANtiochi uox illa quietē, & otiū q̃rentis nō est solertis, & magnanimi regis. multo melius Aphricanus maior, q otiū uertebat in negotiū. nota uox eius q dicere solitus est, nunq̃ se minus otiosum esse, q̃ cū otiosus esset, nec minus solum, q̃ cū solus.

De Catonis ioco.

MIttebant̃ tres legati in Bithyniā ad Nicomedē regē, laborabatq; horū un⁹ a pedibus, erat alteri caput uarie confossum, & cicatricibus deformatum, qui reliquus fuit parum sapere credebatur. estq; in hos facete cauillatus Cato, testat⁹ legationem illam populi Romani, neq; caput, neq; pedes, neq; cor habere.

De Diogene, & Dionysio.

MVltū diuq; fuit Diogenes Cynicus Corinthi. hic ille Dionysiū Syracusanū intuitus a Timoleonte Corinthio principatu deiectū, magisq; ꝑsentiū uoluptatū, q̃ pristinæ fortunæ memorē, uiuis ingt Cynicus o Dionysi, tanq̃ multū uirtæ indigus.

De Lysandro Lacedæmonio.

FErtur Lysander Lacedæmonius frequens illud in ore habuisse, pueros Astragalis fallere solere, uiros iureiurando. Idem tamen iniuste aliquando fecit amicorum causa. cæterum cum talis esset, tanq̃ deus quidam, aras, & sacrificia est in Græcia adeptus.

De Pyrrho rege.

Vicerat Pyrrhus rex ingenti prælio Romanos, contigitque uictoria illa regi nõ incruenta, parte multo maxima uictricum copiarum cæsa, aut grauiter affe-cta. cum Pyrrhus conscius sibi cladis eo prælio acceptæ, perij inquit si iterũ Romanos uicero. eiusdem illud est Siciliam relinquentis, o qualem Carthaginiensibus, & Romanis relinquimus palæstram.

De Sydonio.

Rogatus Sydonius quidam homo dicax quid esset, q cum nulli togatorum parceret a. M. Crasso incessendo pertinaciter abstineret: quia Crassus inquit fert fœnũ in cornu. quæ uox inde frequens usurpata est in eos, qui sua sponte nocerent ut boues, quibus alterum cornu fœno religatur, quia uiatores petant.

De Alexandro magno.

Quærebatur ab Alexandro magno uellet ne in Olympico stadio certare: libens inquit certarem, si reges ibi mecum certaturos scirem. eiusdem est & illud in Callisthenem, odi sapientem, qui nihil sibi sapiat.

De. C. Cæsare.

Negabat Cæsar, testis rogatus se quippiam compertũ habere de cærimonijs Bonæ Deæ, quæ a Clodio pollutæ dicerentur. tum ij, qui in eam rem anquirebant, cur ergo uxorem eiecisti: qui respondit, domum meam non solum oportuit crimine carere, sed suspitione etiam criminis.

De. M. Bruto.

Victus Brutus in Philippis, cum ab uno amicorũ moneret, fugiendũ esse prius q̃ hostis adesset, tum ille fugiendum quidem, sed manibus, non pedibus.

De Demade Atheniensi.

Nvntiauit Athenis Asclepiades quidã magni Alexandri interitũ, negabatque Demades esse credendũ, potuisse dictitãs uel uno die totũ orbẽ repleri tanti cadaueris odore.

De Phocione.

Tvmultuabantur Athenæ ad eum nuntiũ, cuius nũc mentio incidit, nec Phocionis monitu, castigationeue, qui cẽsebat certiorem nuntium expectãdum, comprimi poterat gliscens motus, quin multis reclamantibus uerũ esse, q̃d Asclepiades nũtiasset, tum Phocion si hodie uerum est, erit & cras, perpetuoque deinceps uerũ. Idem a Leosthene quodam interpellatus, quid toties imperator Atheniensibus profuisset: hoc inquit, ut ciues mei suis conderent sepulchris. est & illud eiusdẽ in eundẽ Leosthenẽ, cum magna & elata quædã sup bello decernendo loqueret, tua inqt Phocion o Leosthenes ỽba Cupresso similia sunt, magna, sed sine fructu

Plurium salse, & prudenter dicta.

Pitheas unus ex Atticis oratoribus Demosthenis diligentiã significaturus, eius enthymemata dixit lucernas olere. M. Cicero, Platonis Dialogos ita scriptos affirmarat, ut Iupiter non aliter fuerit locuturus si loqui uoluisset, iam & illud unius sapientum ad Cambysem regem non obscurum, cum rex ab eo quæsiuisset, an sororẽ legitime posset sibi matrimonio iungere: tum ille nulla lex inquit rex hoc permisit unq̃. sed alia maior lex est, licere regi facere quicquid libeat.

NONI EXEMPLORVM LIBRI FINIS.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBER DECIMVS.

DE INANI GLORIA VITANDA. CAP. I.

NOn nobis dixit ꝓpheta summus, sed nomini tuo da gloriã, cũ cœli numen alloquereť. clamat fatidicus ille uates, testať, admonet demẽtis & stulti esse, tribuere homini, q̃d propriũ sit numinis, ad q̃d bona cuncta sunt referenda, omnes humanæ uitæ successus inde sunt, inde & quicquid in terris boni nomen habet, uelut ex uberrimo manat fonte.

De Mose, & Haarone.

ID usq; adeo ꝑsuasum habuere Moses, & Haaron, ut in Arabiã cũ incolumi populo ꝑ rubrũ mare trãsgressi, cõfestim deo seruatori laudes decantarint.

De Iesu Nazareno.

CHristus summa uirtus curabat cæcos, mundabat leprosos, surdis auditum restituebat, mortuos suscitabat, tantumq; aberat, ut inde sibi gloriam aucuparetur, ut illud fere præciperet ijs, qui curarentur, ut deo laudem darent.

De Petro Bariona, & Apostolis.

HAnc Petrus Bariona, & cæteri apostoli in doctore summo modestiam imitati, tantum ab omni inani laude abfuerunt, ut occulte magis q̃ in aperto miracula operarentur. & in Christi Nazareni nomine, nihil obscure testati, nõ sua, sed diuina uirtute fieri quæcunq; miraculose operarentur.

De Ioanne Zebedei filio.

FVit & Ioannes Zebedei filius huius uani affectus longe expers. id cũ oĩs eius uita facile demõstrat, tum q; bis septenos annos de suo in cœlũ raptu pertinaciter mortales cęlauit omnes. nec prius id arcanũ retexit, q̃ Corinthios cõmunefacere coactus est, ne sibi non ueros apostolos præferrent, praua opinione decepti.

De Io. Monacho.

MIttebat salutare oleũ circa domos. Io. Monachus Aegyptius, ne q̃ curatiõis causa ad se uehebanť, citro ultroq; ꝑteruehentes a pluribus obseruarentur.

De Antonio abbate.

AT ne oleum quidem misit Antonius abbas. quin Martiano præfecto militũ opem filiæ, quæ a dæmone uexabatur, implorante, negauit a se, quia peccator esset, oportere auxilium sperari. iret & salutẽ puellæ a Christo, qui deus esset, precaretur. precatus ille est, & confestim puella immundo spiritu est soluta. magna Antonij demissio, sed præfecti militum fides maior, curatio præsentissima.

De Gregorio Pontifice.

LAudabať a quodã impẽsius Gregorius Ro. põtifex. uisusq; est sibi ea laudatione nõ ornari, sed grauiter onerari. ꝑcare inq̇t hospes deũ, ut fiam aliq̃n ijs dignus, quæ mihi tribuis, ac tu nõ indignus, ut opinio ista improbari non possit.

De Francisco Asisiate.

OPeræpretium est audire quid Franciscus Asisias cõmentus sit aduersus glis scentem sanctitatis suæ famam, quæ cum in horas maior ferretur, ne qua inde uoluptas subiret animum, negotium dedit dicacissimo cuidã, ut uitam, & mores suos omni uerborum petulantia incesseret. urgere ille immaniter uolentem, ru

sticum uocans, indoctum, stigmaticum. probare id conuicium Franciscus, ac testari multo uerius de se illa dici, quam laudes ab ullo prædicari.

De Deipara uirgine.

SEd Deiparæ uirginis demissa confessio omne in hoc genere post se longe reliquit exemplum, quæ a cœlesti nuntio salutata, præclarumque & ineffabile mysterium edocta, non se domini matrem, non filiam, non sponsam dixit, sed ancillã, cæterum quo se humilius depressit, e[o] [su]blimius in cœlum euecta.

De Gallicana fœmina.

FVit recentioris memoriæ fœmina Gallici generis, obscuris orta natalibus, sanctitate nobilis, pertæsa hæc frequentem ad se mortalium conuersationem, ob receptam de se opinionem in solitudinem longius abijt, trium dierum itinere, ut locorum intercapedine desineret frequentari.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Diogene Cynico.

IN nulla humanę uitę parte pauciora reperire est Ethnicorum exẽpla, quam in hac, quã ad gloriæ contemptũ ptinet, quippe quod Chium Aristonẽ secuti, ad studiũ laudis omnia potius, quam pietatis retulere. fuerunt tñ in his nõnulli, qui uirtute cõtenti, famã, & laudem omnẽ contempsere. enimuero Diogenes ille Sinopeus nũquam se tantũ abiecisset, ut pueris contẽptui esset, si ex uana uulgi opiniõe, & multitudinis plausu pepẽdisset. maluit ille esse uir bon⁹, quam pdicari, magis naturę æmulus, quam gloriæ cupidus. estque ppterea post mortẽ assecutus, quod uiuus repudiauit.

De Heracleto, & Timone Atheniensibus.

HOc scilicet nec alio affectu, Heraclitus Ephesius, & Timon Atheniẽsis. tam diuersi abierunt ab hominum opinione, ut hic omnium commertium fugeret, ille uellet a nullo sua scripta intelligi.

De Fabio maximo.

FAbius maximus ne cunctatoris quidem nomen repudiauit, modo cunctatio illa patriæ profutura esset. nec prætulit ille rumores hominum publicæ utilitati. maluit dux utilis esse, quam uana, & stulta prædicatione nobilitari.

De Cincinnato.

EXtant ciuilitatis, & modestiæ exempla, adhuc eorum, qui Fabij ætatem præcessere. Nam quid Cincinnato ciuilius? qui deposita dictatura, confestim ad aratrum, unde fuerat accitus recucurrit.

De Curio dentato, & Catone maiore.

AVt quis hoĩm minus ostentator, quam Curius? qui consul, & copiarum impator hostiũ legatis spectãtibus, in fictilibus rapa esitauit. uel quis Catone, qui postea Censorius est dictus, magis popularis? qui Sardiniã prætor sortitus, sine rheda circuiuit ciuitates uno duntaxat comite, qui uestem ferebat, & turribulum.

De Timoleonte Corinthio.

TImoleon Corinthius tantum absuit ab huiusmodi uitio, ut euerso Dionysij principatu, & libertate Syracusanis parta, e medio sua sponte cesserit. maluitque priuatus, & in prædiorum secessu solus uagari, quam officiorum frequẽtia septus in urbe conspici.

De Phocione.

FVit & in Phocione exemplũ id genus unum, in raris habendum, cuius uirtutem mirati ij, qui aurum ab Alexandro illi dono tulerant (nam ille regium aurum pertinaciter recusauerat) ubi eius domum subierunt, uxorem panem pinsentem intuiti, ipsumq; aquã sibi haurientẽ, qua pedes lauarent, multo efficacius poscere occœperunt, ut aurũ acciperet, cuius esset, ut facile ex ijs, quæ fiebant, poterat intelligi ualde indigus. negare Phocion id esse, ac simul senem quendam medicum, atq; eundem pauperem intuitus, utrum inquit meliorem arbitramini me, an quem prætereuntem uidetis? ꝑcantibus illis, ut meliora loqueretur, at ille inqt multo paucioribus cõtentus agit, q̃ Phocion, in diem em̃ sibi quærit unde uiuat.

DE TEMERARIO IVDICIO. CAP. II.

DOcuit ueritas, & prima sapiẽtia, q̃d euãgelica mõstrat historia, iudicandos esse, qui temere iudicãt. & cũ ita sit (nã ueritas falli nõ põt) nullũ tã est uitiũ in hac uita, q̃ uiuit frequẽtius. Lippiũt sæpe oculi, obsurdescũt aures, fit hebetior uisus, fit & gustus. opinat̃ nihilo secius mens, & iudicat ad sensum, imaginat̃ etiã, oriturq; hinc quoq; iudicandi materia. q̃ fit ut in nulla uitæ parte densior existat humanæ mentis caligo, nullibi maior ignorantia.

De Heli sacerdote.

INtuitus Helis sacerdos Annam Helcanæ uehementius in Sylo supplicantem, quo usq; tandem ages ebria dixit? quid despicatius? at illa non uino, sed diuino flagrabat ardore, estq; iustissima mulier e cœlo audita, & ex sterili fœcunda facta.

De Ammonitarum rege.

MIsit Dauid rex legatos ad Ammonitarum regem, qui suo nomine dolerent obitum patris nuper defuncti, credidit ille non ad officium eos ad se missos sed ut circa se oĩa explorarent. atq; ita persuasus barbã ijs, qui missi fuerant contra ius gentium abrasit, & ad nates usq; recidit uestes. temeritas ingens, & quæ non impune illi cessit, enimuero legatis barbam ademit, sibi uero regnum.

De Simone Christi hospite.

TEmere nimis, & stulte de Christo Theanthropo iudicauit Simon, qui eum hospitio acceperat, ne prophetam quidem opinatus, quia mulierẽ uulgo infamem a se non repulisset, sed tangi etiam se ab ea pateretur. at fœlix ille error, qui discussis ignorantiæ tenebris, continuo est factus lucis particeps.

De falso Iudæorum iudicio.

EIicit aiebãt Iudæi diuinitatis opa Christo inuidẽtes, in Belsabuth dæmonia. cæterũ uix tã temere calũnia illa iniecta est, q̃ celeriter discussa, tẽpestiuo ueritatis occursu. si ego inquit in Belsabuth, uestri ergo filij quo nomine eijciunt?

De Vitale Monacho.

CEcidit quidam Alexandriæ Vitalem monachum prostibulo exeuntẽ ratus libidinis gratia locum adijsse, cæterum ille pietatis officium secutus, eo uenerat, ut inde mulierem eximeret, quæ se turpi quæstui addixerat. inuenit itaq; temeritas ultionem. percussorq; uexari illico cœptus est a dæmonibus, ut quorum impulsu dextera peccauerat, mens eorundem incursu torqueretur.

De Daniele abbate.

E Cœlo impetrarat Daniel Aegyptius abbas fœcunditatem matronæ haud ignobili, Cæterum quia frequens in ea domo obseruabatur, uicini abbatis

congreſſu mulierem grauidam eſſe factā arbitrari. percrebruit is rumor, quo plus nimio cōmotus Daniel puerum nuper editum iuſſit in publicum deportari. multisq; mortalibus ad id ſpectaculum uocatis, alijs ſua ſponte affluentibus, infantem per deum adiurat, ut dicat quo eſſet patre genitus. hic miraculo factum, ut puer liquido teſtatus ſit ſe legitimo toro, non adulterino natum.

De Britio Turonenſi.

PAri infamia perfuſus Britius Turonenſis antiſtes primo pueri nondum menſtrui uſus eſt teſtimonio, qui Chriſti nomine rogatus, negauit Britium eſſe patrem. aſcribere prodigioſum afflatum æmuli magicæ arti. ardentem prunam pius antiſtes in ſinum collectam per populum impune circumtulit. neq; id miraculum obſtitit, quo minus dignitate priuaretur. Cęterum duo qui in eius locum ſurrogati ſunt, unus poſt alium fato conſumpti ſunt. odiumq; quo ab initio flagrauit, in gratiam uertitur. uix igitur tam aduerſa inuidia fuerat honore depulſus, quāta eſt innocentiæ, & ſanctitatis opinione reſtitutus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Palamede.

HAbent & cæterę gentes ſua temeritatis exempla, in quibus ut uetuſtiſſimum, ita maxime memorabile eſt illud Palamedis, qui ad Troiam temerario Græcorū iudicio damnatus perijt Ithacenſis Vlyxis fraude.

De Herdonio Aricino.

NEc arte multum diuerſa Tarquinius, qui ultimus fuit Romanorum regum, Herdonium Aricinum temerario, & inconſulto latinorum iudicio perdendum obiecit.

De Valerio Publicola.

AGe nunc, & q̄ inconſulte, ne ſtolide dicā populus Romanus. M. Valerium in affectatæ tyrannidis infamiam coniecit: quia in ſumma Velia ædificaret. tanq̄ fieri potuiſſet, ut is, qui tam acerbus regū hoſtis, aſſertorq; libertatis extitiſſet, tyrannidē affectaret. ſed domo, quę illi inuidię fuit, ſolo æquata, adeo ciuitatis animus eſt mutatus, ut quē nuper, ut tyrannū auerſabat, Publicolam dixerit.

De Gabinis.

GAbinorum autem iudicium non ſolum ſtultum, ſed ſibiipſis etiam funeſtum & pernitioſum, qui Sextum Tarquinium temere credendo ex hoſte hoſpitem fecere, ex hoſpite ducem, per quem non multo poſt non tantum bello uicti ſunt, ſed libertate etiam, & fortunis omnibus exuti.

De Ro. Ciuitate.

QVantum Romana ciuitas in Fabio maximo oblucinata eſt, tantum nec minus in Minutio. in hoc temeritatē pro fortitudine complexa, in illo prudētiā pro timiditate grauiter auerſata, una tamen hora docuit multitudinis eſſe propriū nihil ſapere, temereq; iudicare, ut ubi conſilio opus eſt, euentum requirat.

De Sylla Dictatore.

TOrſit L. Syllam tametſi dictatorem falſus de Gn. Pompeio rumor, torſit & multitudinis opinio, quæ temere rumori acceſſit, Pompeium in Aphrica a Sylla cum exercitu defeciſſe. pacatus tamen ducis ad urbem reditus uanum populi iudicium arguit, & dictatoris animum metu liberauit.

De Vespasiano.

EAdem suspitionis uanitas diu solicitum, & anxium habuit Vespasianū principem, sed huiusmodi iudicium eo leuius, quo minus Vespasiano timendū fuit a filio, q̄ Syllæ ab alieno adolescente, creditus est. T. Vespasiani filius, quia Hierosolymis euersis, non illico Romā uenisset, regnum meditari credidit id pater, crediderunt & multi. cæterum Titus omnium opinione celerius ad eiusmodi falsos de se rumores coarguēdos se se patri ex improuiso obtulit. Veni inqt pater ueni, ꝑ quæ suspitio discussa est, principiq; & ciuitati uana opinio merito exprobrata.

De duabus Vestalibus.

SEd in nullis hominum magis, q̄ in duabus Vestalibus temeraria hæc iudicandi ratio elusa est. Claudia, & Tucia parum sancte suam tueri uirginitatem uulgo credita. uerū ubi & hæc nauim uado remolita est, cinguloq; aduerso Tyberi ꝓtraxit, illa aquam hausit cribro, concidit fama mendax. & q̄ stulte multi iudicarūt tam dolenter, & afflictim suæ temeritatis pœnitentiam egere.

DE CONSTANTIA, ET FIDVCIA, ADVERSVS DAEMONVM PRAESTIGIAS. CAP. III

OMniū animaliū hō ꝓcipuo pauore confundit. & quo pluriū est imaginū capax, eo timidior, pluribusq; terroribus obnoxius. usq; adeo pronus ad nouas species effingēdas, ut q̄ in medio philosophorū quidā ꝓ incertis relinquūt, aut reijciunt ꝓ uanis, qa incorporea sint, humani oculi putent se cernere. uerū oīs de laruis, & dæmonibus tā uulgata, q̄ uera est opinio, siqs ueritatē attendat nō Leucippi, & Epicuri delirium, qui oīa ad sensum referunt.

De Iob uiro Iustissimo.

SEd qs tātū a uero deflexit unq̄, ut q̄ in Iob uiro iustissimo euenere nō dei optimi maximi ꝑmissu, maliq; Genij ipsius senis astu facta arbitret: ut is ad uirtutē exercitatior fieret hō alioq optimꝰ: nulla est erūna tā atrox, & acerba in hūanis, q̄ nō hoīem attigerit piū, iustū, & innocentē, magna, & sæua hæc. sed piū senis ꝓpositū adhuc potētius. exercitꝰ est ille, ut unus aliqs hoīm maxime, uerū nūq̄ uictus

De Christo.

MAgna aduersus eū, cuius nunc memini extitit cacodæmonis intēperies. sed maior oīno, q̄ attingere ausa est unigenitū dei filiū, q tametsi deus esset, erat tamen & homo. hunc auaritiæ, hūc gulæ, sup̄biæq; uitio polluere conatus est. sed fraus illa eo uanior, quo Christi qui tantus erat, maior fuit uirtus, maior sapientia.

De Benedicto abbate.

SEnsit Benedictus abbas monachorū quendā de monasterio relinquēdo cōsiliū agitare. habuitq; ꝓ magno negotio illuc occurrere, cōspicatusq; est hoīem extrahi a puero Aethiopici coloris, dum cæteri sacris oparent. increpuit euntē abbas, ac simul assecutꝰ ꝑcussit uirga. nec q trahebat, fuit inde eiusmodi casibus obnoxius.

De Antonio abbate.

PEtebat decreto eremū Antonius Alexandrinus abbas. estq; obiter a dæmonibus ad necē propemodū cæsus. deflexit itaq; in proximū uicū, fuitq; hic tātisper dum curaretur. inde repetito itinere procul ire pergit, uel grauiora etiā passurus modo propositū teneret. ꝓfuit illi cōstantia, ꝓfuit & fiducia. enimuero diuina ope adiutꝰ eremū tenuit, uixitq; in solitudine tutus ab eiusmodi dæmonū ꝓstigijs.

De Macario abbate.

FVit & Macarius Alexandriæ abbas. accidit huic, quod & paucis hominum. subierat forte ethnicum sepulchrum submoto cippo nocte deprehensus, ut in eo caperet somnum. hic ille uocem se audire imaginatus est, ex ijs ossibus redditã quibus dormiens hærebat, uenirem si possem, sed premor pondere super me cubantis. tum ille exi inquit, & abi si potes. ego hic uel te nolente, pernoctabo.

De Hilarione abbate.

SEd nullus (quod sciam) audacior fuit Hilarione, fortiusq; contempsit dæmonum fraudes. quippe qui in solitudine sæpe infantium uoces intempesta nocte audire se existimauit, nunc balatus ouium, mugitus boum, planctus mulierũ, leonũ rugitus, strepitũ armorũ, uariarũq; portenta uocum. Cæterum ausus aliquãdo totum phasma explorare, dominicæ crucis signo instructus ad lumen lunæ tugurio egredit. solicitéq; circũspiciens, ecce currũ directis in se equis euntẽ cõspicatus est hic Christi Nazareni nomine aduocaro, in uestigio mãsit, expectãs rei euentum. tum uero terrifica illa bigarũ species subito terræ hiatu in conspectu absorpta est.

De eodem Hilarione.

QVid a fundendis p̃cibus cũ paululũ quieuisset Hilarion, malus dæmon feriandi insidiatus, repente eius dorso insiluit calcibus latera quatiens, ceruicem flagro. eia inquit dormitas? mox cachinno desuper increpitans, uis inquit iam fessus hordeum? in ijs scilicet cauillatus, quod aliquando Hilarion suo iratus corpori dixisse fertur, ego te asine non hordeo pascam, sed palea faximq; ne calcitres.

De Elphego Cantaurensi Antistite.

EDuctus carcere Elphegus Cantaurensis, ratus se cœlestẽ nuntiũ ducẽ habere, non nihil uiæ a carcere euaserat, cum reputans animo cuiusnam esset martyrium effugere, precatus est suppliciter deum, & confestim dæmon euanuit.

De Sarra.

SArra in Thebaidis mõasterio sacerdos maxima, libidinis stimulo exagitata iã iam succubitura, suppliciter deum precata est. uoxq; simul ex proximo reddita, uicisti me Sarra. tum illa non ego inquit, sed Iesus, qui uocatus est, affuit.

De Theodora.

EST & Theodoræ Alexãdrinæ malus dæmon insidiatus, sub Theodori nomine, q diligẽs erat pietatis cultor. exprobrauitq; illi adulteriũ, cuius mulier erat sibi cõscia, p̃cidereq; interim oẽm spem illi ueniæ, calũniæ auctu. signauit se Theodora dominicæ crucis signo, continuoq; calumniæ authore e medio est ablatus.

De Iuliana uirgine.

OBtulit se Belial dæmon Iulianæ uirgini in carcerem post sæua uerbera deiectæ. indueratq; cœlestis nuntij faciem, ut cõmodius falleret. hortatur puellã Christi nomine, ut Ethnicis dijs sacrificet, fore ut propterea omni cruciatu defungeretur. inhorruit uirgo, suspicataq; fraudem esse, deum supplex precatur, ut quale illud esset oraculum sibi liquidius pateret. uinxit illa dæmonem permissu numinis, sæuisq; uerberibus affecit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

HAbent & prophanæ gentes quod in hac relatione iure locare possis. nõ tam pietate, quàm animi constantia freti plerìq;, phantasmata auribus, & oculis ob-

uersata fortiter tulerunt. quidã obnoxie nimis, nec sine magno motu mentis, animiq; consternatione in eiusmodi terrores inciderunt.

De Dione Syracusano.

VT Dion Syracusanus, qui paucis diebus, quibus interfectus est, cũ interiore parte domus sederet, curis intentus, pgrandẽ intuitus est fœminã domũ scopis uerrẽtem dira facie, & furiali habitu. terruit tam fœda species uirũ alioqui inuicto animo. estq; reputatione tã fœdi aspectus adeo cõsternatus, ut amicos rogauerit ne a se nocte illa discederẽt, ueritus ne iterũ id phãtasma solus intueref.

De .M. Bruto.

NEc minus terrificum obtulit se se .M. Bruto uidendum malus eius Genius. sub id tempus quo ille erat ex Asia in Octauiũ, & Antonium moturus, cũ curarum plenus ad modicum lumen lucernæ lucubraret, sensit ad se quendam ingredientem. extulit oculos ille ut siquis suorũ esset, agnosceret ad qd ueniret. tum ei uisa est terribilis, & monstrosa effigies feri corporis cum silentio astare. hic Brutus multo audacior q̃ Dion interrogare ausus quis hominum, aut deorum esset, & quid sibi uellet? tum ille submurmurãs, sum inquit tuus malus Genius Brute. in Philippis me uidebis. uidebo respondit homo uere Romanus. atq; ubi umbra illa euanuit suos sciscitat⁹ est Brutus, an quisq̃ obseruatus esset ad se ueniẽs? cõperitq; neq; adeuntem quẽq̃ ab ullo uisum, neq; egredientẽ. quæ res auxit ægri alioqui animi sollicitudinem, ut talis timeref belli exitus, qualis est postea secutus

De Cornelio Sylla.

COrnelius Sylla nõ multo prius q̃ uita decessit, imaginatus est se quendã uidere, ab eoq; uocari. qua imagine augurat⁹ instare sibi fatale tp̃s, testamentũ confestim conscripsit, ac sequenti nocte febri correptus, breui uita defunctus est.

De Cassio Parmensi.

PAri phantasmate perculsus est & Cassius Parmensis, ac nescio an aliquanto etiam atrociore. sub id tempus quo Augusti iussu interfectus est, fœda, diraq; dæmonis species illi per noctẽ obuersata est, quo uisu satis admoneri credidit infoelicissimi exitus uitæ, qui breui post secutus est.

De Philosopho quodam.

NVllus (q̃ sciam) constantius tulit terriculamẽta hæc, q̃ philosophus quidam Athenis, qui solus pernoctare ausus est in ea domo, cuius erat cultus desertus. quoniam huiusmodi esset laruarum ambagibus obnoxia. sensit ille altam noctem strepitũ cathenarũ, ac fœdã tetramq; imaginẽ ad se uenientẽ, nihil expauit. quin nutu admonitus abeũtem intrepide secutus est, quoad in atrium domus sit uentũ. hic uisa est umbra illa euanescere, postridieq; ibi loci cadauer est refossum, legitimeq; sepultum, per quæ perpetua securitas est ipsis ædibus parta.

De Ciceronis Nutrice.

PHantasma, quod Marci Tullij nutrici obtigit, quali fuerit aspectu non traditur. satis constat mulierculam ab eo didicisse reipublicæ a se puerum nutriri. seruauit Cicero rem publicam uolens, imprudens perijt.

DE FRAVDE ET PRAVIS CONSILIIS, QVAE IN AVTHORVM CAPITA REDVNDARVNT. CAP. IIII.

Sapienter & uere uidetur Hesiodus dixisse, Malum cõsilium rem pessimam esse consulenti. siue enim casu fuerit, siue potius numinis permissu, sæpe(q̃d satis constat) experientia docuit, mala consilia in authoris pernitiem uertisse, & unde fraus profecta est, illuc sit cum damno reuersa.

De Protoplasto, & Cacodæmone.

Vicit malus dæmon hoiem in ligno, est & ipse in ligno ab hoie uictus. Cæterũ prior uictoria fraudis fuit, q̃ lõgo est interuallo secuta, uirtutis, & sapientiæ.

De Amane.

Erat Amanis authoritas apud Artaxerxen non parui ponderis. perpulit is regem, ut uno die iusserit omnes Hebraici nominis suo regno interfici. ipse ingentem crucem Mardocheo Iudaici sanguinis fabrefecit. erat is non ignotus regi ob Hesterem fratris filiam in pellicatum ab eo receptam. imminebat manifestũ Iudæis exitium cum paucissimarum horarum spatio rex Hesteres precibus mutatus, non solum edictum reuocauit, sed Amanen consilij authorem cruci affixit, quam ille Mardocheo nominatim parauerat.

De Daniele, & leonibus.

Pepercerunt leones Danieli in caueam deiecto, eos fœde laniarunt, per quos erat puer innocens bestijs expositus.

De Susannæ accusatoribus.

Pari exemplo uindicata est a calumnia Susannę pudicitia. senes qui capitalem noxam insonti astruxerãt, sui sceleris conuicti, in se capitale supplitiũ uertere

De Rosimunda.

Nupsit Rosimunda, q̃ fuit Alboini Langobardorũ regis uxor, post uiri cędẽ cuius ipsa fuit cõscia Helmechildi iuueni eius gẽtis nobilissimo, conataq; est illi regnũ astruere. cæterũ sua spe decepta ex Verona Rauennam secundo Athesi aufugit cum regia gaza, & nouo sponso. hic illa a Longini Exarchi cõnubio pellecta, uenenũ priori spõso miscuit, obtulitq; ex balneis egresso. sensit ille cõfestim receptam pestem toto poculo nondum epoto. placideq; in coniugem cõuersus. tu inquit q̃d reliquũ est bibe. negat illa se potu egere, ac q̃ acrius recusare, eo iuuenis impensius id poscere, & iam minas hortatibus miscere, ac ferrũ intentare. tum illa metu subacta, & si ueneni conscia, hausit tamẽ, atq; una cum eo extincta est.

De Romilda.

Simili leuitate, sed euentu fœdiore, Romilda, quæ fuit Sisulphi Foroiuliensium ducis, periclitata est. prodidit hæc Iulium oppidũ cum liberis, & fortunis omnibus Cancano Bauarum regi, quem semel intuita perdite amare cœperat, pollicitus erat, ubi in urbem reciperet, Bauarus ille nuptias. Cæterum ne fidem prodere uideret, noctẽ unã habuit Romildã ꝓ legitima cõiuge. inde robustissimis militibꝰ assiduo congressu uexandam tradidit, uexatamq; & male affectam palo affixit.

De Campilo, & Paschale Primicerio.

Sedit Carolus Gallorũ rex in Barionæ Basilica Leonis tertij causam cogniturus, quem Campilus, & Paschalis Primicerius pulsatũ in uincula coniecerant. congerere duo illi multa in pontificem crimina ad leuandam sui sceleris inuidiã. placuit populum, qui circũfusus stabat rogare quid de pontifice statuendum censeret: reclamatũ est non esse priuati cuiusq; de eo, qui sacram teneret sedẽ, iudica-

re,traditũq; morē a maioribus,ut pontifex a nullo ꝑterq̃ a seipso iudicaret. q̃ uo‑ ce rex sui officij admonit⁹ causam ampliauit,ac mox paulo dānauit capite accusa tores.sed pōtificis rogatu capitalis illis remissa est pœna,amboq; ī Galliā relegati

De Io.septimo.

ILlusit Io.septimus apostolicæ sedi uerius, q̃ clero. qui cum mulier natura esset, sexum mentita pontificiam dignitatem inuasit.sed fœdus ille lusus, & fraus oīs in eum conuersa est.etenim domestici hominis familarissimiq; cōcubitu prægnās facta,cum forte Lateranensem Basilicam inuiseret, inter Amphitheatrum, & Cle mētis ædē dolorib⁹ subito obortis repēte partu soluta est, medioq; nixu extincta tenuit mos,& hodie durat,ut pōtifices ibi loci uiā deflectāt tā fœdę rei admonitu.

DE ETHNICIS EXEMPLIS. ET PRIMVM

De Diomede.

APponebat suos equabus hospites laniādos Diomedes rex Thraciæ.est & ipse ab Hercule(si uera sunt,q̃ Tragici scribūt) illis laniatui datus, & supplitiū,q̃d in alios fuerat cōmētus,multo iusti⁹ ipse est demū expertus.

De Perillo Atheniensi.

IAm me Hercule nec minus merito Perillus Athēiēsis suo periclitat⁹ est inuē to,qui execrabilem illam machinam ex ære fabrefecit, ut tyranni aures delecta ret humano cruciatu.sed tantæ diritatis ultio breui secuta est,primus omniū ipse Tauro inclusus, tam detestabile opus sui imbuit supplitio.

De Camillo.

OPpugnabat Furius Camillus Phaliscos, trahebaturq; bellum, cum oppida‑ norum uirtute,tum loci natura,quæ erat munitissima. interea ludimagister per speciem deambulationis traxit principū filios in Romana castra ipsi duci gra tificaturus,attulit secum proditor certam spem uictoriæ. nulli dubiū erat quin pa‑ rentes charitate filiorum suis authores essent ciuibus deditionis faciundę,sed tan‑ tum abfuit,ut Romanus eo mō uincere uoluerit,ut proditorē auersatus,q id pſua sum habuisset Romanos dolo,& astu potiusq; ꝟtute bellare,uinctū, nudatūq; ter ga adolescentibus dederit in urbē uerberibus agendū. mouit Romani ducis uir‑ tus Phaliscos,& q nup oīa pati maluissent,q̃ assidētibus cędere, uolūtaria deditio ne cessere.

De Appio decemuiro.

SOlebat Appius Claudius Decemuir carcerē,qui unus in urbe fuit, Romanæ plebis domiciliū uocare.sed ipse in ordinē redactus, Tribuniq; plebis iussu in eum locum coniectus,inter sicarios,& latrones infœliciter expirauit.

De Tarento a Ro.Recepto.

POtiti fuerant Pœni in Italia belligerantes Tarento urbe nō ui bellica,sed pro‑ ditione.estq; a Romanis id oppidum pari opera receptum. unde uox illa An nibalis,eadem arte qua cœpimus,Tarentum amisimus.

De Antonio Triumuiro.

ADijciat̃ nūc facetū exemplū Antonij triūuiri,& Cleopatræ. solebat is Alexā drinis illecebris captus cū regina sæpius piscari. habebatq; urinatores para‑ tos,q occulte pisces uicissim ipsius piscantis hamo affigerēt.admonuit frequēs ca ptura reginā uanæ ostentationis,quā ut maiore quodā risu eluderet ꝑmisit, qui fu mosum piscē piscanti appenderet,q attractus ingentē ridendi materiā ꝑbuit Cleo

patræ, & legatis, q̃ aderant, erubuit Antonius suis elusus artibus. ad quẽ Cleopatra, Alexãdrinorum̃ est (inquit) Antoni imperator fortissime piscari, tuũ bellãdo uincere

DE IMPROVISIS CLADIBVS. CAP. V.

QVo minus gnara est mẽs hominis futurorum̃, eo in subitis, & inopinis casibus grauius afficitur, præsertim si quæ pter opinionẽ eueniunt, infœlicia, & calamitosa fuerint. hinc ex subita consternatione festinatæ mortes. & uita sæpius laqueo, ferro, ueneno uiolenter abrupta, ut in nulla re mens minus sibi constet q̃ in subitis casibus, & clade aliqua inopinata, q̃ quo maior est, eo minus tolerabilius æstimatione, & eorum̃ p̃sertim, q̃ dãno (afficiunt.

De Helio Sacerdote.

TAlis & tã impotẽs affectus Heliũ sacerdotẽ p̃cipitauit, q̃ cladis teterrimę Philisteo bello acceptę nuntio cõsternatus, audita triginta milliũ Iudęorum̃, & duorum, q̃ in ea acie steterãt filiorum̃ cęde, e solio p̃ceps datus mortẽ obijt. q̃ si tãtus dolor p̄uideri potuisset, fuisset illi haud dubie talis nuntius luctuosus, sed toleratu fa(cilior.

De Pharaone, & eius exercitu.

NEc res minus subita fuit, sed magis calamitosa, q̃ momẽto tp̃is imensus Pharaonis exercitus cũ ipso rege inter Troglodyticẽ, & Arabiã medijs est fluctibus miraculose obrutus. enimuero dum tãta uis hoim alienũ quęrit exitiũ, sibi periit. cc. peditũ millia, & equitũ quinquaginta tũ regi affuisse sacris est literis p̃ditũ.

De Altera Aegyptiorum clade.

QVid q̃ eiusdem gentis primogeniti oẽs nocte una percussi sunt superne: grauis quid iactura, nec magis grauis q̃ subita. cuius causam si Pharaonis animus altius indagasset, nunq̃ tam dirum sibi, & suis peperisset exitium.

De Senacheribe Assyriæ rege.

EXtorsit Senacherib Assyriorum rex ingens auri, & argẽti põdus tributi nomine Ezechię iudęorum̃ regi iureiurãdo interposito fore, ut auro appẽso cõfestim Hierosolyma obsidiõe solueret. sed impius rex ceu sibi nõ hosti iurat[9] esset, ex sua sententia religionẽ interp̃tatus, ipse cũ parte una copiarum̃ digressus in alias porro gẽtes cõuertit bellũ, p̃te tñ exercit[9] multo maxima ad obsidionẽ relicta, tanq̃ multũ referret p se, an p aliũ suis armis hostis p̃meret. estq̃ scelus id expiatũ memorabili Assyriorum̃ cęde, centũ octoginta q̃nq̃ millib[9] hoim nocte una pestilẽtia (cõsumptis.

De Vallia Gothorum rege.

TRansmittebat Vallia Gothorum̃ rex exercitũ ingentẽ ex Betica in Aphricam terrã ipsam bello inuasurus, eratq̃ numerosa classis ad id cõparata, q̃ Gaditano freto subito tẽpestate disiecta fluctibusq̃ obruta, tantã uim hoim secũ absumpsit, ut Siculi naufragij, q̃d in primi belli Punici tp̃a incidit, memoriã renouarit.

De Constantino imperatore.

COnstantinus unus ex Constantini magni successoribus, q̃ Byzantij imperauit, duo millia nauiũ uno naufragio amisit, dignus qui ante imperium uitam amisisset, ob animi impietatem, quã in Leone patre est præter cætera imitatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Cambysis exercitu.

EXpertæ sunt & cæterę gentes huiusmodi casus. nam non magis subita fuit q̃ grauis, & calamitosa iactura illa, cum. l. millia militũ a Cambyse rege in Ham

monios missa, ubi mediis arenis pransuri accubuissent, orta tempestate, arenarum cumulis obruti momento temporis perierunt.

De Clade alia eiusdem gentis.

INcidit alia maior eiusdē gentis clades nō uulgaris, sed in recētiora tēpora, cum Mardonij ductu bellum Græciæ Xerxes intulit. ccc. nauibus circa Athon montem submersis, & in his. xx. millibus subita tempestate obrutis.

De Siculo Naufragio.

NVllius casus cladisue mēoria atrocior, ac ꝑinde minus debilis, ꝙ Siculi naufragij, ꝗd in decimū annū incidit primi belli Punici. M. Aemilio, & Fuluio nobiliore Coss. q inter Canis, & Orionis signa importuosam Siciliæ oram legentes, subita tēpestate. ccc. octoginta ꝗtuor naues amisere. iacuit litus instratū cadaueribus & naufragijs, ut nulla hoim mēoria maior credaẽ iactura in mari accepta.

De Clade Amphitheatrali.

MInor clades, sed nō min⁹ subita Latialis illa Fidenis accepta Tiberio principe, cū gladiatorio munere uicena, & amplius millia hoim Amphitheatri ruina periere.

De Tartarorum Clade.

Altonus Armeni⁹ author est Barchā Tartarū genere ei⁹ Barchi filiū, q in Austria traiectu fluminis perijt, cū Haalone eiusdē gentis rege, & cōsanguineo suo de summa rei hostiliter cōgressum in alueo fluminis glacie cōcreto (suspicari libet id Histrū fuisse) medio pugnę ardore ungularū pulsu glacie diffracta, triginta Barbarorꝝ millia uorticib⁹ absorpta.

De Turcorꝝ clade.

His paucis annis, ꝗbus hęc cōmentabamur circa eundē Histrū, si Histrū Aitonus signauit (nā nomē diserte nō posuit) par Turcorꝝ nūerus nescio an aliꝗnto etiā maior est frigore cōsumpt⁹, cū amnis alioq uiolētus magna ex pte cōcret⁹ glacie, neqꝫ nauigabilē se, neqꝫ pedib⁹ uadabilem ex hostico redeūtibus ꝓbuisset.

DE SOLERTIA ANIMI. CAP. VI.

MVlta quidē & magna igenio fiūt, ꝗ neqꝫ uires corpis, neqꝫ conatus ꝗa ullus cōficere. hinc certe est, ꝙ sępe multi a paucis uicti sūt, remolitusqꝫ est opifex unus aliꝗn pōdera ꝗ multa hoim millia nequiuere. tota uita magis igenio cōstat, ꝙ uirib⁹. fuit haud dubie fortior Aiax, ꝙ Vlyxes. cęterū ꝗa solers hic, idcirco & utilior habit⁹ Gręcis ad Troiā sedētib⁹, maiorē ex eo bello laudē reportauit.

De Mose.

SOlertis & lōge in futurū ꝓspiciētis fuit ingenij, ꝙ Moses in Aethiopiā Aegyptiacū ducturus exercitū ꝑ infesta serpētib⁹ loca, ut eā molestiā declinaret magnā uim cōparauit ibidū, ꝗa cōpertū haberet eā auē alatorꝝ serpentū agmina debellare.

De Samsone.

AFfectutus Samson Philisteos, ꝗs infense oderat clade aliꝗ subita, & inopinata, & quę uniuersam gentē attingeret, essetqꝫ interim oīs alieni auxilij expers, rem cōmentus est specie ridiculā, sed euētu hosti calamitosam. ēnuero multas numero uenatus uulpes, in Philisteorꝝ agros maturescētib⁹ iā segetibus imisit igni ad caudā appēso, quarꝝ ancipiti fuga adeo flāma diffusa, ut uniuersa hostiū regio uno tpe cū segetib⁹ deflagrarit.

De Gabaonitis.

NEc Gabaonitę inertes, q ut ab Hebręis in fœdus reciperenẽ, ut ꝙ remotissimi esse putarenẽ, & a Chananeorꝝ rationibus discreti, multorꝝ dierū iter nō

uno affinxerũt argumẽto,trita calceamẽta habẽtes, mucidi panis frusta, & uapidũ in utrib⁹ uinũ,sed ꝗ fœliciter cessit id cõsiliũ(nã in fœdus recepti sunt)tã fœde postea sugillati fraude cognita,nã ꝑ socijs lixæ, pro fœderatis sunt calones habiti

De Israele.

POssit maternis artib⁹ imputari solers illud Israelis cõmentũ,ꝗ Esau fratrẽ mentit⁹ man⁹ hœdulina pelle obductas,obtulit patri,qbus primũ hæreditatis decus tulit.Q̃ uero Labanis soceri pecus uersicolorib⁹ uirgis interuertit, astus fuit & uersutię hoĩ ingenitę.q̃ adeo insigniter uni obtigit,ut nomẽ etiã ex re sit adept⁹

De Francisco Barbaro.

SVnt & hæc,quæ sequuntur nostratia,uerũ multo recentiora.cum Brixia urbs nobilis Vicecomitum armis graui obsidione teneretur, uentumq́ esset ad inopiam rerum omnium,premereturq́ defessa ciuitas cum suo præsidio,fame internecina,& exitiali,Franciscus Barbarus ꝓfectus urbis mulos harena honustos sæpe in urbẽ induxit,porta hostibus auersa,ut speciẽ multitudini exhiberet leuãdæ famis nouo rei frumentariæ inuectu.quæ ludificatio fecit ut ꝑseueratũ sit in tolleranda obsidione,quoad breui post uerũ affuit a Venetis subsidiũ cum cõmeatu.

De Nicolao Picinino.

NIcolaus Picininus,cuius ductu tum Brixia tam arcta obsidione fatigata est, haud multo post ꝓlio uictus a Frãcisco Sfortia, q tum Venetũ merebat stipendiũ,cõpulsusq́ ex acie in proximũ oppidulũ haud ꝓcul a lacu Benaco, uerit⁹ ne oppidanoꝶ ꝓditiõe hostib⁹ dederetᷣ,cũ pusilla esset statura a gregario milite sacco obuolutus,ꝑ speciem prædæ inde asportandæ in tutũ se deferri iussit.

De Alexandro sexto Pontifice maximo.

QVid Alexander sextus an non memorabili exemplo ludificatus est Carolũ octauũ:cuius congressum cum ex confesso horreret, & rex iam proximus uehementius postularet,ut secum de summa rei in colloquiũ ueniret,appareretq́ uix tuto id negari posse,cum iam propemodũ cogi posset,benigne se iturũ respõdit pontifex,ceu nihil id grauate facturus.caduceatore inde regio a se dimisso diuersum iter ingressus irreq̃eto cursu ex urbe ueteri Perusiã cõtendit,eo cõsilio,ut si rex e uestigio secutus esset inde Anconẽ peteret,mox Venetias transmissurus.

De Consaluo magno Agidario.

MAgnã & eam animi solertiã fuisse necesse est, q̃ usus Consaluus Agidarius Barulana obsidione a Gallis pressus non modo eos repulit,sed demũ & uicit.Incluserãt Consaluũ Galli intra Barulũ,q ingentibus copijs assidebant. tenuit septem menses obsidio.cum Hispanus miles infessis omnibus locis unde cõmeatus inuehi in oppidum possent,ne a muribus quidem, & herbarũ oĩ genere abstineret.in hac temporꝶ difficultate nihil nõ excogitatũ ab illo est,quo militũ animos placaret.nunc eñ monendo,nunc hortando,sæpe sese gregarijs inserẽdo,sæpe spe uenturi cõmeatus,& subsidij solando adeo affecit,ut qui de eo necãdo cogitarent,mutata sententia in fide manserint.quo tempore constat illum diui Benedicti oraculo uictoriam sperare monitũ,ex quo mox ille uictoria potitus eius familiæ Cassinatẽ saltum cum uetustissimo Cœnobio restituendum curauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Arpago.

ARpagus cui Astyages Medorum rex filium epulandū apposuit, occulte Cyrum per literas moniturus, ut Medos bello inuaderet, literas, quibus iuuenem accersebat, lepori exenterato inseruit, quē nuntius ad Cyrum detulit. nec Arpagi solertia irrita, nam & literæ tuto in Persidē perlatæ sunt, & Cyrus bello illato Medorum imperio potitus est.

De Histiæo Milesio.

HIstiæus Milesius Aristagorā ciuē suū ad bellū cōpulsurus, ex Perside seruum misit, cui capiti abraso iscripsit, q̄ ab Aristagora fieri uellet. estq; apud se tam diu nuntiū remorat⁹, donec capillus altiuscule renat⁹ secreti cōsilij notas abscōdit.

De Annibale Barchino.

NOn minori solertia Pœnus, ut Flaminium consulem, qui in Hetruria erat im prouiso accessu, opprimeret, per stagnantia Arni loca tres dies ac totidē noctes peruigil egit exercitum, irrupitq; repente hostilem terram tanta hostium consternatione, ut non magis Cortonensis saltus, & Trasimeni obices iuuerint Punicam uictoriam, q̄ uis ea parte illata, qua minime expectabatur.

De Aphricano maiore.

REpendit maior Aphricanus Trasimeniā cladē Carthaginiēsibus in Aphrica, cū res hostiū p legatos, q citro ultroq; induciaꝝ ꝓtextu mittebant, speculat⁹ nocte una bina hostiū castra incendit, incēsa expugnauit, duosq; ualidissimos deleuit exercitus.

De Semiramide.

QVid Semiramis an iacentis animi aut ignaui fuit? q̄ maiore Nino uita defuncto, quia filij ætas nondum matura esset regno, illius persona diu mētita tanta indole imperium rexit, ut regnum breui tempore constitutum, & ob eam rem minus stabile ita opibus, & authoritate auxerit, ut per multas inde ætates ignauiter alioqui administratum, in suo tamen manserit uestigio.

De Orisgontis Gallorum Reguli uxore.

SOlers & Orisgontis Gallorum reguli uxor non minus dico q̄ pulchra. quæ cum omnium suæ gentis pulcherrima captiua afferuabatur in Ancyra urbe a Ro. Centurione cum multis millibus sui sexus. Cæterum insignis forma fecit, ut Centurionis libidini præter alias fuerit obnoxia, passaq; ab eo stuprum magna arte uim sibi allatā ulta est. occulte enim pacta ingens auri pondus pro se redimenda, Centurionem noctu extra urbem in secretum pertraxit spe auri potiundi, q̄d serui a coniuge ex cōposito missi eo attulissent. hic illa suos Gallica affatur lingua, hostemq; iubet obtruncari. opprimitur unus a pluribus. iacenti caput mulier adimit, ademptum ad Orisgontē defert. fatetur illa se passam fuisse uim ab hoste, sed uoluntate a flagitio abfuisse. id argumento esset, q prius q̄ ad maritum uenerit, id probrum fortiter uindicasset.

DE FAME MEMORABILI. CAP. VII.

SEdet fames inter tetra, & dira mōstra in uestibulo inferni, ut uates summus ingeniose fabulat̄. estq; pestis hęc oim, q̄ inibi sunt teterrima, & ad oīne scelus suadendū efficacissima. ex nullo maloꝝ fonte fœdiora manarūt exēpla. filioꝝ cædes, & infandæ epulæ hinc sunt. hinc ꝑcipitatiōes, aliæq; festinatæ mortes. & q̄d oim atrocissimū est, repti sunt, q seipsos laniarūt, qn̄ obscœnos morsus in alios uertere non potuerunt.

De Samaritana fame.

HOc certe fuit quod Doda Syriæ rege Ioram in Iudæa obsidente, matres inedia adactę filios necauere, traxeruntque uitam illorum uisceribus, qui omni uita esse solent parentibus chariores.

De pretio asinini capitis.

SOrtita est eadẽ illa obsidio aliud nefariũ exemplũ, & si non eiusmodi diritatis, inediæ tñ miserabilis. uenijt asini caput octogenis nũmis argenteis, quanti fortasse nemo meliori tempore adduci potuisset, ut ex eo portiunculam gustaret.

De Hierosolymitana fame.

REcentior memoria est Hierosolymitani excidij. q̃ tpe cũ Iudæi arctius a Romanis obsiderent, reperta sunt a militibus oia ob ediã discutientibus, in priuata mulierculæ domo puerilia membra, quibus infœlix mater occulte uescebat.

De Italica fame.

TVlit & Italia Gothicis tpibus in arctissima frugũ inopia exemplũ huic simile, ut Darius Mediolanẽsis antistes ꝓdidit, cui in literas mittere fuit curæ, suæ diœceseos fœminã obscuri nois, inedia subactã filij a se interfecti carnes esitasse.

De Fame Mediolanensium.

CVm Franciscus Sfortię filius patrum memoria Mediolanum obsideret, adeo est arcta annona ciuibus laboratum, ut proditum sit memoriæ, tritici modium uicenis aureis nummis uenijsse.

De fame quorundam Italorum.

EO anno q̃ hæc ꝓdebamus, in nõnullis Flaminię regiõis, & Piceni agri locis, tanta rei frumẽtariæ caritas incidit, in magno Italię motu, ut agreste, & inops uulgus ultimũ remediũ inuenerit in arborũ radicibꝰ, & herbis arefactis, tusisque, & (in panis speciẽ subactis.

De Fame Barulana.

VErum hanc cœli intemperies Flaminiæ Picenoque peperit, illam in diuersa Italiæ parte bella fecere. obsesso enim a Gallis Consaluo Agidario intra Barulum (est id Apuliæ celebre satis oppidum) tam ingenti fame laboratum constat, ut miles detractas scutis pelles emollitas aqua manderit, nec ab herbis radicumque alio genere abstinuerit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Atheniensium fame.

SEnserunt & Athenę aliqñ portẽtosam famẽ, atque omĩ æuo memorabilẽ. Sylla, q postea Romę dictator fuit eam urbẽ obsidẽte emit misera ciuitas medimnum tritici mille drachmis, uulgo & omĩ ignobili multitudine graminibꝰ circa urbẽ nascẽtibus, & calceis coctis auidius uescẽte. uenijt in eadem urbe. ccc. drachmis tritici modius, Demetrio Antigoni res Atticas grauiter affligẽte, sed fames hęc tolerabilior, ac breuior priore.

De Petelinis.

INciderũt Petelini in id discrimẽ in Italia dũ suã Ro. po. fidẽ p̃ cęteris Brutijs aduersus Pœnos probare contendunt, hi longa obsidione fatigati coria ex scutis detraxere, ut quoquo modo possent, inde sibi uictum quærerent.

De Casilina fame.

POenis. Ro. præsidium ad Casilinum obsidentibus, sorex trecentis est argenteis nummis emptus, inuidioso pretio, sed auctione magis inuidiosa, quippe quæ uitam emptori tribuit, ademit institori.

De fame Ro.

ADijciatur his unum Ro.po.exemplũ non uulgare,quod uerum esse demonstrat,nihil mentitum fuisse eum,qui scripsit ieiunam plebem nihil præter famem timere. Enimuero insigni quadã annonç caritate,po.Ro. tametsi sub tyranno uerius,ꝙ principe constitutus,fame tamen urgente Claudium imperatorem clamore,& conuicio in publico exceptum fragminibus panis ita instrauit, ut fugienti similis per posticum sese in palatium receperit.

DE IIS, QVI IN ARTIBVS, AVT DISCIPLINIS PRAESTANTISSIMI FVERE. CAP. VIII.

De Thalete Milesio.

PVlchrum est in omni artium & studiorum genere excellere,& quia pulchrũ,& optabile,idcirco natura homo desyderat cæteris omnibus in suo ordine præstare.quo enim altiora sunt ingenia,eo magis laude efferunt, acriusq; nituntur in arduum laudis cupiditate.Hinc (ut credere æquum est) præclarus ille in quibusdam profectus,qui eo uenerint,ut aliquid supra hominem sapere crederentur,Qualis Thales ille Milesius (nam in his nulla fere nostrorũ sunt hominũ exempla) qui multo prius solis defectũ, qui sub Aliathe rege fuit, & maiore quodam miraculo in sexcentum annos solis,& lunæ cursum præcinuit.

De Hipparcho.

HIpparchus (nam hæc disciplinarũ exempla multo recentiora sunt,ꝙ ut ad ordinem mundi referri possint,aut ad tempora originibus proxima) haud alio modo,ꝙ consiliorum naturæ particeps,menses gentiũ, diesq; & horas, ac locorũ situs est æuo teste scientissime complexus. Idem manifesto argumento cognationis hoim cum syderibus,stellã suo æuo genitã in cœlo deprehendit,rem ad id ausus ꝓpemodũ ipsis cœlestib⁹ improbã,stellas,& oĩa cœli sydera posteris nũerare

De Anaxagora Clazomenio.

MAgnum hoc,sed Clazomenij Anaxagorç illud adhuc maius, qui cœlestiũ literarum scientia prædixit,quibus diebus saxum esset e cœlo casurum. nec prædictio caruit euentu.lapis uehiculi magnitudine,colore adusto interdiu decidit ad Aegos flumen,quem sit posteritas miraculi loco uisere solita.

De Anaximandro.

FVit & in Anaximandro Milesio diuinitas quædam.a quo Lacedæmonij præmoniti sunt,ut urbem,& tecta custodirent,quando motus ingens terrç instaret.estq; non multo post pars Taygeti montis magno telluris tremore, in subiectam urbem prouoluta,attulitq; Spartiatis tectorum, & hominum cladem supra modũ calamitosam.sed multo maiorẽ allatura,si res non antea prouisa fuisset.

De Beroso.

REddidit & Beroso Attica ciuitas magnum Astronomicæ sciẽtiæ testimoniũ cui statuam in gymnasio posuit inaurata lingua, ob certissimum euentum eorum quæ prædixerat.pulchrum uirtutis præmium,quia nobilissima id dedit ciuitas,uerum quia eadem & sapientissima, multo adhuc pulchrius.

De Hippocrate.

MAgna Athenarum authoritas,sed totius Græciæ multo maior,quç Hippocrati medicæ artis scientissimo,qui uenientẽ ab Illyrijs pestẽ prædixit dimi-

sitque circa urbes discipulos, qui insinuanti se malo occurrerent, honores, quos & olim Herculi decreuit.

De Asclepiade Prusiensi.

QVid homo maius præstare homini potuisset, qd maiore admiratione dignũ quàm quod Asclepiades Prusiensis dedit: deploratũ & pro extincto iacentem hominẽ e funere uitæ reddidit. sed maior adhuc in eo quod dicam apparuit, quod cũ fortuna sponsionẽ fecerit, ne medicus crederetur, si unquam inualidus ullo mõ fuisset estque uoti compos factus, subito scalarum lapsu suprema senecta exanimatus.

De Archimede Syracusano.

QVid Archimedes Syracusanus, quanta in eo machinariæ scientiæ facultas: onustã nauim solus remolitus est, traxitque quo uoluit, cũ ingens uis mortaliũ ne mouere quidẽ suo quiuisset loco. qd quod ingenio cõfisus testari ausus est, si alterum terræ globũ fuisset adeptus, utrũque se alteri fuisse applicaturũ: accessit laudis cumulo Marcelli ducis fortissimi iudiciũ, qui Syracusis captis uetuit Archimedem (uiolari.

De Archyta Tarentino.

EST & Tarenti Archytæ nomen uel uno opere clarum, lignea columba ab eo certa ratione compacta, quæ aerem semel sortita perpetuo uolatu per ipsum inane, spiritu intus incluso agebatur, nisi solidum aliquod offendisset corpus.

De Orpheo.

QVod cantu Orpheus feras, & uolucres traxerit a natura non abhorret. nam & cerui pastorali fistula mulcentur. & aues quædam cantu capiuntur. uerũ quia proximum sit fabulæ, tutius est præterire.

De Arione.

MIrum sane quod de Arione proditũ est memoriæ, exceptũ hunc medio mari a Delphino ad concentũ lyræ, per longa æquoris spatia in Tænarũ Laconiæ incolumem delatũ. astipulata est huic famæ non tantum uetustas, sed & statua ex ære, quæ ibi loci fuit monimentum rei gestæ. Arion Delphino sedens.

De Timotheo.

TImotheus cum ad Alexandri mensam caneret, mutatis de industria modulis regem repente uelut insanum statuit in pedes, coegitque ad arma prosilire, rursus remittente cantu, continuo & regis remisit affectus.

De Pythagora siue Damone.

CVi uero notior ars nobilissima, quàm Pythagoræ siue Damon ille potius fuit, a quo iussus Tibicen Spondeum canere, temulentam iuuenum manum, quæ pudicæ domui imminebat ab iniuria reuocauit.

De Apollodoro Grammatico.

AMphictyones sanctissimum Græciæ concilium honores Apollodoro Grãmatico habuit. quod decus nulli (quod sciã) contigit in aliquo genere artis, nisi Hippocrates fuit, qui in pestilentia auerruncanda fuit Græciæ utilissimus.

De alijs quibusdam illustribus.

SVnt & alij alio tamen genere laudis, magnum nomen adepti. Ctesiphon Gnosius Ephesiæ Dianæ templo miranda quadam arte extructo. Philon Athenis armamentario mille nauium capaci. Dinocrates, qui Alexandriam in Aegypto affabre metatus est.

De summis Opificibus.

TRibuit Alexander suo edicto tribus diuersarũ artium principibus uiris, praeclarum laudis testimonium, suum cuiq; in suo genere, quo uetuit ne se quis alius pingeret q̃ Apelles, q̃ Lysippus ex aere duceret, q̃ Pyrgoteles sculperet.

De M. Tullio, & Pericle Atheñ.

MArcus Tullius tantum dicendi facultate adeptus est, ut pro eloquentia eius sit nomen receptum. Tantum Pericles Atheñ. ut fando fulgurare, & tonitrua ciere sit dictus.

De Consaluo Agidario magno.

SEd quantum hi duo eloquentia celebres, tantum disciplina militari nostra tempestate Consaluus Agidarius excelluit. Gallos hic minores aliquanto copias ducens duplici praelio uicit. Neemensem ducem qui regis uicem gerebat, interfecit. Neapolim his ademit, eos iterum maiore apparatu regnum inuadentes ad Lyrim profligauit. Caieta expulit. Regnumq; id omne demum, quod Siciliae citra Pharum appellant, Aragoniae familiae restituit.

DE MEMORIA, ET HVMANORVM SENSVVM PRAESTANTIA. CAP. IX.

De Antonio Rauennate.

SVnt his memoriae exempla subtexenda, q̃a secundum rationem nil deus dedit homini sanctius, nil utilius, & ad eruditionem aptius. est haec thesaurus disciplinarum omnium, artiumq; studio & labore quaesitarum custos fidelissima. aliquid certe uidit sapiens poeta, qui Musarum Memoriam dixit matrẽ nec minus prudens, qui Lethen quae huic contraria est, apud inferos statuit. constat id bonum naturae beneficio, augetur tamen & excolitur arte. in quo genere unum exemplum & singulare uidit nostra aetas in Antonio Rauennate, qui multa millia rerum stans percipiebat animo, & eo, quo accepta essent ordine, memoriter reddebat. sed haec artificij sunt non naturae.

De Mithridate Rege.

MAiore admiratione dignus Mithridates rex Ponti, quo nullus regum diutius, grauiusq; exercuit Romana arma, fertur is duabus & uiginti diuersis nationibus, quibus imperabat, sua cuiq; lingua ius dicere solitus, & pro concione singulas sine interprete affari.

De Cyro rege, & L. Scipione.

CYrus rex, qui immensos ductauit exercitus, omnibus militibus nomen reddidit. sic. L. Scipio quod aeque mirum uideri possit. po. Ro.

De Cynea Pyrrhi regis Legato.

CYneas Pyrrhi regis legatus postridie q̃ Romam uenerat, Senatum, & equestrem ordinem proprio nomine salutauit.

De Caesare Dictatore.

SVperfuit & Caesari Dictatori id bonum, qui scribere, & legere uno tempore dictareq; & audire sit solitus. epistolas magni ponderis quaternas pariter dictabat, aut si non aliud egisset, septenas.

De Carmide.

CArmides in terra Græcia, quæ quis uolumina exegisset, in bibliothecis legẽtis modo repræsentauit.

De Memoriæ iactura.

CAetetum quo res hæc preciosior, eo magis iniuriæ obnoxia. nam præterꝗ ꝙ tentat interdum se ipsam relinquere, ictus lapide quidã literas prorsus oblitus est, alium tecto præcipitatum matris, & propinquorum cœpit obliuio. Messalæ Coruino oratori grauiter ægroto, seruorum & sui ipsius nomen excidit.

De Visu, Et primum de Iliade Homeri.

EXcedunt fidẽ exẽpla acerrimi uisus. fuit Ilias Homeri in mẽbrana tã concise, & minutim notata, ut testa nucis includeretur. Strabo quidã (id enim nomen reddidit illi. M. Varro) in Lilybeo Siciliæ promontorio sedẽs naues ex portu Carthaginis exeuntes numero ꝑdicabat, oculorũ acie in centum. xxxv. millia passuũ procul excurrente. fuit & Callicrates acerrimi uisus, qui formicas, & alia minuta animalia in ebore sculpsit, quorum partes quædam ab alijs cerni nequiuissent.

De Auditu.

ESt & sita auditui fama. prælιũ, ꝗ Sybaris in Italia excisa est, eodẽ die, ꝗ pugna illa cõmissa est, ab ijs audita est, qui Olympia in Græcia spectabant.

De Voce.

VOcalissimus omnium, qui ad Troiam militarunt (si Homero credimus) fuit Stentor, ut omnium, qui cum Dario bellum Scythis intulerunt Aegyptius quidam, qui procul stans Histiæum Milesium clamore uocãs ad Danubij ripam reuocauit, quæ res salutẽ regi attulit, & regio exercitui. Thrasybulus oẽs Athenienses uoce superauit, ut Pescenius Niger Romanos, qui adeo uocalis fuit, ut cũ in aperto uerba faceret, ad mille passus uox eius audiretur.

De Celeritate.

CAnistius Lacedæmonius, & Philonides cursor Alexandri mille die uno, & ccc. stadia decurrerunt, qui stadiorum numerus conficit millia passuum. clx. duo & amplius aliqd. Nec minus dignũ admiratiõe, ꝙ Romæ Fonteio, & Vipsano Coss. puer nouẽ annorꝫ a meridie ad uesperũ confecit octoginta millia passuũ ꝑpetuo cursu. est & Tiberius Nero urgentibus de Druso fratre grauiter ægrotante nuntijs tribus uehiculis ex urbe in Germaniam festinans nocte, dieꝗ. cc. millia passuum emensus, quantum uiæ nullus ꝗd proditũ sit quadrupedibus fecit unꝗ.

De Robore humani corporis.

COntigit quibusdam prodigiosum propemodũ robur corporis, ut Rusticello, quem Herculem appellatum scripsit Varro, qui mulum suũ sublime sublatum ferebat. Triditanus ex gladiatorio Samnitium ludo hostem ex prouocatione secum dimicantem uno digito uicit, superatumꝗ ac correptũ in castra transtulit. Age & ꝗ ualidus. C. Iunius ualens fuerit, ex eo censeatur, ꝙ currũ culeis onustum dum per otium exinaniretur, sustinere solitus est. Idem carpenta una manu comprehensa obnixus continebat iumentis etiam contra nitentibus. is in prætorio Octauij Augusti (ne res uetustior credatur) militauit. Nemo ad hæc corrigere potuit. C. Milonis Athletæ digitum, cum malum teneret.

De Agilitate corporis.

ROmæ sub Cæsaribus inter spectacula populo exhibita productus est, qui ꝑ

aduersum parietem felis modo reptando scanderet, & qui fabrefactis sibi alis altiusculе a terra uolans per aerem auis modo ueheretur.

De Viribus corporis.

IN Maximino imperatore, q Alexandro Mammeæ filio successit, tantũ uirĩũ fuit, ut equum pugno percussum nudaret dentibus, Tophaceos lapides foraret digitis, diuidebat maiusculas arbores manibus. quapropter a multis Milo Athleta uocatus est. æquauit eius statura octonos pedes, & pollicem.

DE EDACITATE ET INGLVVIE HOMINVM. CAP. X.

SEd nõ magis hic corpulẽtus, & ualidus, q̃ edax, & potulentus. quippe qui q̃draginta libras carnis uno die esitabat. alij. lx. scribunt. potabatq; uini amphorã adeo ubertim sudãte corpe, ut calice sudor colligeretur, impleueritq; uno die collectus sudor treis sextarios. edacior, ppemodũ Albinus, q quadã tenus impio potitus est in Gallia, centũ psica, denos pepones hostiẽses, qngentas ficos passarias, & cccc. ostrea una deuorauit cœna. Firmius Seleucius (qñ in portẽtosam edacitatẽ sua spõte incidit stilus) Strutiocamelũ, q̃ nullũ uolucre est maius uno die comedit. hui9 ductu Aegypt9 ab Aureliano principe defecit. Idẽ Hippopotamos esitauit. natauit impune inter Crocodilos, eius aĩalis adipe delibutus.

DE SAGITTANDI PERITIA. CAP. XI

FVit in Domitiano principe sagittãdi peritia insignis, utpote q inter digitorum interualla expassæ manus pueri post parietẽ stantis sine offensa sagittas emitteret. Maior iaculãdi facultas in Comodo, q Faustinæ fuit & Marci principis filius, q centũ ictib9 in arena totidẽ strauit leones tam ualidis uiribus, ut Elephantẽ hasta, & Orygis cornu trãsfigeret, ut plures feras interdum uno conficeret ictu. adeo certa illi manus, ut quicquid oculo destinasset, iaculo, & sagitta cõtingeret. Gladiatores, Retiariosq; circiter mille aut uicit aut occidit, trecenties sexagies quinquies uiuo adhuc patre in id certamen descendit.

De Andrea Agidario.

NOn sagittandi peritia in Andrea Agidario, quando sagittarum usus Italiæ non admodum frequens, sed tormento æneo utendi, quem a sonitu (ut arbitror) Sclopetum appellant, cõmendari potest. nihil hic q̃uis exiguũ dũmodo oculo consequi possit, non assequit̃. ut quã Domitianus, & Comodus imperatores iaculando industriam ostendere, hic facile præstare tormento hoc ualeat.

DE PRODIGIOSO CONCVBITV. CAP. XII.

CAeterũ qñ eo uenimus ut pmiscue insignia corpor̃ exempla ponerent̃ adijciat̃ unum, & si fœdũ relatu, ingenitũ tñ corpi. Proculus Cæsar Albingaunus genere, sua epistola testat9 est se centũ uirgines Sarmaticas bello captas qndecim dierũ spatio ad unã uitiasse, atq; ex his decẽ nocte una, sed maior in Messalina, q̃ Claudij fuit uxor, libido, q̃ ancillã pstitutã ex puocatiõe quatuor & uiginti supauit cõcubitibus. sed mõstra hæc uitæ. nõ exempla.

DE EXTREMIS VOLVNTATIBVS. CAP. XIII.

NIl spe hoĩs incertius. in nulla re mortalitas ingeniosi9 seipsam decipit, & traducit, estq; id documẽto, q pq̃ paucor̃, ne nullius dicã extremę uolũtates sunt a reliq̃ uita nõ alienę, aut certe aliq̃ ex pte diuersę, aut si nõ diuersę pœnitẽtię tñ indices, aut q̃relarum plenæ tanq̃ uita medio actu

rerū abrupta, ut nemo fere sit eorum, q terrena curāt, pendentq; ex uulgi iudicio, qui nō se aut citius extinctū malit, aut non diutius uixisse doleat. hic quia factum aliquid uellet, ille φ facti pœniteat. solum qui iustitiā, & pietatē colunt, minus forٕtasse sint huiusmodi affectibus obnoxij. nam sine his nemo (ut arbitror) morientiū est. qui si nil de futura uita soliciti sunt, aliquid certe in ante acta desyderant.

De Isaacho.

ISaachus filium Esau maiorem natu hæredem relinquere in animo habuit, at deceptus Israelem reliquit, noluit eñ mutare, q̄d imprudens fecerat, aut certe nō potuit. decessit igit altero orbatus filio, altero non libero, quia in fratris mancipio, multo lætius uita exiturus prole integra, aut meliore parte non adempta.

De Mose.

QVam futurorum solicitus Moses uita decesserit, cum frequens legum latio demonstrat, tum φ leges postremo latas sanxit, atq; inuiolabiles fecit ad posteros, execratione interposita siquis unq̄ antiquare esset ausus.

De Saulo Rege.

NVlli Iudæorum regum, ne cæterarum gentiū dicam fortius propositum peٕreunti fuit, q̄ Saulo, qui in eam aciem cum filijs descendit, in qua & se, & suٕos cognouerat perituros. paruit fortissimus rex fatali necessitati, quæ leuius ferentibus incumbit, q̄ repugnantibus. at sui compos uoti non perijt.

De Dauide.

SEd q̄ huius fortis, & inuictus animus, tam Dauidis pius ad extremū. qui morti proximus illud primum, ultimumq; mandauit filio, ut templū tam augustū, & opulentum, q̄ ipse animo conceperat, Deo opt. max. ædificaret.

De Solomone.

LOnge aliter affectus obijt Solomon, qui per manus ab eo regnū accepit, tamٕetsi pia omnia sunt mentibus proponenda, anxius tamen & fatorum anceps uita decessit Achiæ prophetica significatione cōmotus, qui fore dixerat, ut cum rex a maiorum pietate aberrasset, ipsius regnum in partes dilaberetur.

De Christo.

SEd quæ supremarum sit uoluntatum maxime optabilis Christus uirtutū omniٕum exemplar ex alto crucis patibulo omnibus demonstrauit. id summi ducis exemplum omnis eius militia secuta, ut ne de inimicorum quidem salute extrema defuerit cura, adeo de cōmuni laborandum putarunt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMVM

De Alexandro magno.

SVbegerat totum orientē Magnus Alexander, & iam de Aphrica subigenٕda cogitabat, ut ea subacta Europam Macedonum armis subigeret. hę tum erant illius curæ, cum festinata mors tantas spes abrupit, illustri documēto, iuxta summa & ima æquis a morte spatijs distare.

De Philippo Rege.

INter Hemi mōtis ascensum, & Demetrij filij necem Philippus Macedoniæ rex Romanum bellum meditatus est. eundem fortassis exitum habiturus nisi morٕte interim præuentus esset, quem Perses habuit, cui id bellum non aliter, q̄ regnū reliquit hæreditarium.

De Mithridate ter uicto.

COgitabat Mithridates rex ter uictus a Romanis per Gallias bellum Italiæ inferre Agathoclis, & maioris Aphricani exempla secutus, qui hostilem terrã inuasere, ut suam bello liberarent. potuit ferocissimus rex tam Italiæ infestus esse, quã Pœnus olim fuit, si cum exercitu terram ipsam intrasset, sed filij defectione proposito auersus, ac desperatione actus, quia ueneno non potuit, ferro perire maluit, quã cuiquã seruire.

De .C. Mario.

CAius Marius septimo consul, & iam prope septuagenarius diem obijt. Cæterum propinquus morti, fortunam crudelem appellauit, quod priusquã consilia, & desyderia sua peregisset, uita abrumperetur.

De Consaluo Agidario magno.

EAndem fortunam Consaluus quandoque aduersam consilijs suis expertus est uoluisset is expugnata Cephalenia Chalcidem decreto petere, & Turcis trepidantibus circa Peloponnessum arma Veneta ostentare. præmissis iam qui ea loca diligentius explorarent, Iacobo Agidario itineris Duce uiro solertissimo. sed Pisaurius Venetus imperator certo quodam consilio obstitit, maius id facinus ratus, quã ut ex sententia rem cessuram speraret. idem expulsis regno Neapolitano Gallis eos Mediolanensi imperio eodem uictoriæ impetu deturbare parabat, Andreæ Agidarij uiri in primis impigri opera ad hoc usus, uerum secutæ mox inter Gallos, Hispanosque induciæ prohibuere.

De Platone.

QVanto sapientius Plato, qui extremo uitæ tempore gratias egit naturæ, & suo Genio, quod homo non bestia natus esset, Græcus non Barbarus, quod Socratis temporibus, a quo sapienter potuit institui.

De Antipatro Tarsensi.

ANtipater Tarsensis mortem obiturus cum propter alia quædam, suam laudauit fortunam, egitque gratias, tum quod ex Tarso profectus Athenas usque prosperrima usus esset nauigatione.

De Augusto Principe.

MIserum, & infœlicem appellauit Po. Ro. Augustus princeps iam morti proximus, qui sub Tiberio priuigno futurus esset. quæ uox arguit dolenter eũ tulisse, quod talis sibi successor contigisset, aut quod Ro. ciuitati perniciosus, aut quia licet priuignus, sui tamen hostis quondam filius.

DE HONORE IN DEFVNCTOS EXHIBITO. CAP. XIIII.

TRibuerũt hũanę gẽtes multos honores multis, sed alios alia de causa. cognomina, statuę, arę, tẽpla, & alia ornamenta, quæ aut publice decernunt, aut hoim consensu tribuunt, uirtutũ sunt prçmia. sunt & gratiæ interdũ formidinis, sæpe assentationis, & alieni studij. Quæ uero defunctis dantur, mera pietas est, merus amor, & ante actæ uitæ testimonium. in quo non spectatur, quid uelit is, cui honos exhibetur, sed quid meritus sit, non quid alij dandum putẽt, sed qd quisque datum uelit. nihil enim efficacius est, aut aptius ad colendã defunctorum memoriam, quã humani animi affectus, qui liber est, nec ab ullo cogi potest.

De Iudæorum affectu in Mosem defunctum.

QVale studium Hebraicæ fuit gentis in Mosem, qui populum ex Aegypto eductum in libertatem asseruit. hunc uita defunctũ uniuersa multitudo triscenos luxit dies, diutius luctura (ut credere est) nisi mos gentis obstitisset.

De Iudæorum affectu in Saulum.

ESt & Saulo, q primus in Iudæa rex fuit non paruus honos post mortẽ psolutus, quẽ Philisteo bello cũ filijs ad Gelboem montẽ interfectũ, & ad ludibriũ gẽtis crucis patibulo sublatũ Iudęi in noctu sustulerũt. cadauer funerarunt publico luctu parte Galaaditanę terrę, ieiunio septẽ dierũ oĩs sexus, & ętatis indicto.

De Christo.

ARæ, templa, imagines, oratoria sacella, festi, & solennes dies, ieiunia, uigilię, & omnifariam cerimoniæ, quas Christo regi, & sacratissimæ eius militiæ decreuit humana pietas, tanto sunt cæteris honoribus, qui in terris decernuntur maiores, sanctioresq́, quanto sanctior fuit illorum uita, q̃ cæterorum hominum, qui omni æuo floruere.

De Christi templo.

MIratur hodie Byzantium augustissimum Sophiæ templum, quo nullum fuit olim in terris sanctius, quia Christo sit sacrum, qui uera est sapiẽtia, nunc sacrorum ratio mutata, & ob eam rem minus uenerabile.

De Apostolorum templis.

HAbet & Roma sanctior Byzantio, quod in hoc genere miretur Barionæ Basilicam in Vaticano, & Hostiensi uia, alteram Tarsensi Paulo sacram, utrãq; immani amplitudine, & apparatu uisendo, religio utrobiq; ingens, sed Vaticanæ ob pontificiam domum maior celebritas.

De Pantheo.

SAcrauit & Pantheon pia posteritas Deiparæ uirgini in eadem urbe, opus cũ sua mole, tum quod una sit testudine complexum inter pauca memorabile.

De Templo Lateranensi.

OBtigit & Io. Zacharię filio augustũ, & opulentũ phanũ, religiõe, cerimonia, & donarijs nobile, tum qa pontificis sit maximi sedes, longe nobilissimum.

De Francisci Asisiatis templo.

STatuerunt & Francisco Asisiati municipes sui templum augustissimum. pulchrum, & uenerabile Mediolanenses diuo Ambrosio. sed omnium opulentissimum Veneti diuo Marco, qui urbi pręsidet. quo nullum est hodie in terris opulentiore, magisq́ uisendo apparatu.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

COnsecrarunt & prophani ex suis quosdam cœloq; intulerunt, non iustitiam, non pietatem, & innocentiam intuentes, sed uitæ cõmoda. id demum rati deũ esse hoĩem iuuare, ceu nulla melior ratio iniri possit cœlũ affectãdi. hic qa uitẽ inuenit, ad morũ pnitiẽ, illa qa triticũ ad uentris uoluptatem, cœlo digni iudicati sunt. sed oĩa quæ his delira decreuit uetustas, tam longum sit credo, q̃ non necessariũ ponere. quæ igitur ad hoĩm memoriã propagandã superstites defunctis decreuere breuiter memorabuntur, ne copia fastidium pariat.

DE FVNEBRIBVS LVDIS. CAP. XV.

Est & omnium uetustissima memoria funebrium ludorum, quos Græcia in Nemee Archemoro instituit, nisi forte sit adhuc his uetustior, quos Acastus in Iolcho Thessaliæ primus celebrasse dicit. fuerunt in secunda fama & Isthmiaci, qui Scyronis memoriæ dati sunt. nec multo recentior res est Patrocli funus ad Troiam, & in Sicilia ad Drepanũ Anchisæ patri ab Aenea editi, sed poeticis hæc decora fabulis, magis & historica fide subnixa.

De Ione Dyrrachi Nepote.

Simile illud q ab Ione Dyrrachi nepote sit Ionium mare dictum, quem imprudens Hercules in acie peremptum in mare proiecerit.

De Myrtilo.

Par honos contigit & Myrtilo Hippodamiæ aurigæ, par Hellæ Athamantis filiæ, Pelopi, Palinuro, Miseno, quorum nomina maria, montes, Peninsulę nõ patiuntur interire. Transeo mille urbium nomina, per quæ multorum mortalium omni æuo stabit memoria.

De Iunio Bruto.

Certior fama, & fidei propior de Iunio Bruto. hunc quia pudicitiam in Lucretia uiolatam fortiter ultus esset, Tarquinijs urbe eiectis, matronæ totum annum luxere. idem Quiritium primus in funere a Valerio Collega laudatus.

De Ephestionis funere.

Alexander, qui Orientem domuit, Ephestione defuncto mulis & equis detonsis, urbiũ pinnacula diruit. Tubas & cætera instrumenta uetuit in castris canere. postremo diuinos illi honores, & sacrificia ut semideo indixit oraculum secutus. tria millia histrionum funebribus ludis adhibuit, omnem Cusseorum gentem trucidauit, testatus eas se dare inferias Ephestionis manibus, denis millibus Talentum, defunctum extulit.

De Marcelli funere.

Magnum quidem, quod Alexander dedit Ephestioni, sed plus oĩo q̃d Pœnus hostis. M. Marcello, quẽ insidijs exceptum, & obtruncatũ exq̃sitissimo exequiarum funerauit apparatu. fuit illud amici iudicium, hoc hostis infestissimi.

De Gracchorum memoria.

Plebs Ro. duobus Gracchis ab optimatium factione interfectis, statuas, faceilaq; his posuit locis, in quibus icti conciderant, coluitq; tanto studio, ut quotidie in his sacrificia fierent. inde illud Corneliæ matris, habere tandem filiorum corpora digna suis uirtutibus sepulchra.

De L. Syllæ funere

Nulli Quiritium maior honor contigit in funere, & Cornelio Syllæ, qui Ro. omniũ primus ciues proscripsit suos. ex thure & aromate a mulieribus congesto statua legitimæ magnitudinis compacta est. senaq; lectorum millia in defuncti memoriam strauit ciuitas.

De Lysandro Lacedæmonio, & Phocione Atheñ.

Lysandro Lacedæmonio aram, & sacrificia post mortẽ instituit Græcia. Phocionis cineres aliunde repetitos publico sumptu funerauit Atheniensis ciuitas. statuam æream defuncto erexit, accusatorem capite damnauit, non suum modo iudicium pertæsa, sed iudicij authorem, quod & Socrati datum pla

ne constat,quem cum infensa damnasset ciuitas,damnatum statua decorauit.

De Antonio Triumuiro,& Cleopatra.

DEdit cæsar Augustus Antonio collegæ olim suo,dedit & Cleopatræ reginę sepulchrum,opere,& materia inter pauca memorabile.

De Mausolo Rege.

SEd multo opulentius celebriusq; statuit Mausolo Cariæ regi coniunx Artemisia.præclarum opus,& quod magnum reginæ nomen attulit.

De Alphonso Agidario Betico.

NOstra uero ætas uidit in Alphonso Agidario (q dux confecto Betico bello Mauros iterũ rebellãtes circa Arundã oppugnabat·in qua pugna suorũ negligentia fortiter pugnando occubuit)tantã funeris pompã,ut p̃ter regios prope exequiarũ apparatus,singulæ ciuitates Hispaniæ suis quæq; locis illi iusta p̃soluerint.neq; minor nunc eius interfecti apud Hispanos fama, q̃ Consalui fratris celebritas,q Neapolitanũ regnũ incredibili fœlicitate Gallis ademit. sepulchro talis inscriptio regũ decreto est addita,ut appareat illum tanq̃ numen ab om̃ibus cultũ. Huius memoria,resq; ab eo p̃clarę gestę ne penitus interirẽt Iacobi Agidarij cura affectũ,q Trophæa & alia monimenta illi erigenda in agro Brixiano curauit.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM LIBRI DECIMI FINIS.

IO. BAPTISTA EGNATIVS VENETVS AD LECTOREM.

NOn eram nescius lector optime,fore plerosq;,qbus potiori curæ sit aliena,q̃ sua semp agere,q studiũ hoc in Sabellicum meũ partim mirentur partim quoq; ut leue,& suspectũ accusent·atq; illis fortasse admirationi erit,q mortalitatis haud satis memores, immortales inimicitias esse uellent. tanq̃ nihil æque hoiem deceat,q̃ inimicitias magno animo suscipe, & susceptas fortiter retinere.Ego uero ut fatear discordiarum semina interuenire quãdoq; necesse esse,hoies cũ uiuemus,odimus,irascimur,ut affectus huiusmodi iã in bestijs acriores non sint,sic certe plus est q̃d rationi,qua sumus deo proximi, debere nos censeam,atq; utinã illa,ut par est,in nobis semper præesset.Non uererer,quin illi qui paulo ante admirabant̃ factũ,summis id extollerent laudibus, & p̃dicatione sua cõprobarent,Nam q̃d alij accusent ut leue,&(si dijs quoq; iam placet)suspectum illi me hercle nescio quo pacto minus nos mouent, q̃n res ipsa statim coarguere, atq; ipsos accusatione dignos ostendere ualeat.Nam quid minus p̨ deos leue est, q̃ cum antea affectui,& p̃turbationi multũ inseruieris, errore cognito ratiõi te totum tradere?mihi uero quisquis hoc fecerit,summa laude dignus uel clarissimorũ uirorũ exemplo uideatur.cum præsertim reconciliatã gratiã maiore beniuolentiæ testificatione sæpe tueamur,ne q̃d antea error,grauissimũ postea perfidiæ existimetur crimen.Nos uero cum alijs honestissimis causis adducti,& prius Sabellicũ funebri laudatione prosecuti sumus, & nunc pro uirili opus hoc emendauimus.

Cuius editionem moriens mihi ad se accersito, & gratam recordationem pietatis in se Michaelis Triuisani Nicolai filij, qui sub eo nō paruo tēpore meruerat, quiq; opus hoc lituris plenum exscribendum curarat, cōmendauit, ut tam obstinatum, tam durum, tam deniq; ferreum esse putem neminem, quem suprema illa uox moribundi hominis, atq; ideo ab omni suspitione immunis non emollisset. me certe adeo emollijt, ut nihil pro humanitatis iure negare homini præsertim iam morienti potuerim. maiorem hoc facto laudem a bonis sperans, q̃ quicquid de me Amasinij, & Rabirij isti recentes oblatrent attendens. Vale & salue.

Hos decem Marci Antonij Coccij Sabellici Exemplorum libros, nouissima sctura editos, Matthias Schurerius Selestatensis, stanneis usus calamis, Argentorati oppido q̃ emendate exscripsit, iij. Nonas Nouēbris. Anno. M. D. XVIII.

DN. IMP. CAES. MAXIMILIANO AVSTRIO P. F. AVG. RO. IMPERII SVMMAM OBTINENTE.



SIBI ET SVIS.